

BULLARII ROMANI

CONTINUATIO

SUMMORUM PONTIFICUM

CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV.

PII VI. PII VII. LEONIS XII.

ET PII VIII.

CONSTITUTIONES, LITERAS IN FORMA BREVIS

EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS

ATQUE ALLOQUUTIONES COMPLECTENS

QUAS COLLEGIT

ANDREAS ADVOCATUS BARBERI

CURIAE CAPITOLII COLLATERALIS

ADDITIS SUMMARIIS, ADNOTATIONIBUS, INDICIBUS

OPERA, ET STUDIO

RAINALDI SEGRETI I. C.

TOMUS DECIMUS

CONTINENS PONTIFICATUS

PII VI.

ANNUM VICESIMUM SECUNDUM AD VICESIMUM QUINTUM



ROMÆ

EX TYPOGRAPHIA REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ

1845.

INDEX RUBRICARUM OMNIUM CONSTITUTIONUM

Q U Æ

IN HOC TOMO CONTINENTUR



P I I V I .



ANNO XXII.

ML.

Unitus officii patrocinii beatae Mariae virginis a duplici majori ad duplicem secundae classis sine octava elevari possit in civitate, et dioecesi de Guatimala in Indiis occidentalibus pag.

MLI.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui occasione capituli provincialis visitaverint ecclesias fratrum ordinis eremitarum sancti Augustini

MLII.

Instante ministro generali congregationis clericorum regularium minorum muncipatorum confirmantur nova statuta, et decreta ejusdem congregationis

MLIII.

Instantibus sodalibus congregationis beatae Mariae virginis septem dolorum dioecesis sanctae Fidei in Indiis, et clero eidem ecclesiae addicto, indulgetur, ut in dominica iii. septembris a consodalibus, et clero praedictis recitari possit officium septem dolorum pro ordine servarum beatae Mariae virginis approbatum

3

MLIV.

Electio superiorum congregationis Italiae monachorum reformatorum divi Bernardi ordinis Cisterciensis.

4

MLV.

Suppressio conventus sancti Angeli fratrum minorum sancti Francisci castris Rojatis, et applicatio bonorum seminario Sublacensi nullius dioecesis.

5

MLVI.

Instante rege catholico indulgetur regio consuli Aegierii, et Hispanis omnibus, qui eo tran-

stulerint, aut deinceps transferant, et cujusque familiae, ut diebus abstinentiae, et jejunii alantur iisdem cibis, quibus vescerentur ex privilegio apostolico si intra fines Hispaniarum regni essent. 6

MLVII.

Ad sublevandum nosocomium Parmense de Misericordia, imponitur tributum super bonis ecclesiasticis intra fines ducatus Parmensis existentibus 7

MLVIII.

Instante principe Columna de Hostiliano conceditur duodecim cappellanis in ecclesia de ejus jurepatronatu Aversanae dioecesis existente, ut mozzettam gestare valeant 8

MLIX.

Instante confraternitate sanctae Mariae Gratiarum de Confalone nuncupata oppidi Centum Cellarum, confirmatur privilegium liberandi quotannis unum reum ad triremes perpetuas damnatum alias eidem confraternitati concessum 9

MLX.

Confirmatio decreti editi a sacra congregatione Rituum super prosecutione processus pro beatificatione servi Dei Alphonsi Mariae de Li- 10
gorio

MLXI.

Confirmatur decretum a concilio hospitalis sancti Joannis Hierosolimitani editum 11

MLXII.

Confirmatio privilegiorum concessorum a Pio pontifice IV. collegio artis medicae, et philosophiae universitatis Caesariensis. 13

MLXIII.

Facultas nuncio Bavariae confirmandi conventionem interducem Bavariae, et praeposi-

torum praepositurae Betsisigadensis nullius provinciae Salisburgensis de ac super quibusdam fodinis salinaris ad dictam praeposituram spectantibus stipulatum 15

MLXIV.

Congregationi sancti Philippi Neri loci de Monte Falco Spoletanae dioecesis communicantur privilegia et indulgentiae congregationum ejusdem sancti Philippi Neri Bononiensis dioecesis et Nuceriae 16

MLXV.

Confirmatio erectionis congregationis presbyterorum oratorii sancti Philippi Neri facta in loco nuncupato Monte Falco Spoletanae dioecesis 18

MLXVI.

Confraternitati Nostrae Dominae de Corona Lisbonensis dioecesis indulgetur, ut nuncupari possit de sanctissimo Sacramento 20

MLXVII.

Instantibus superioribus monasteriorum ordinis sancti Pauli primi eremite Poloniae existentium, attenta difficultate habendi presbyteros saeculares, qui curam animarum gerant in ecclesiis parochialibus de jure patronatu dictorum monasteriorum conceditur, ut deinceps superiores praedicti ad curam animarum hujusmodi suos monachos locorum ordinarii nominare, ac praesentare possint 21

MLXVIII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Leonardi a Portu Mauritio 22

MLXIX.

Instante coetu provinciali Romandiolae Ravennae coacto tribuitur facultas ipothecandi bona ecclesiastica, ut a patris vel exteris subventoribus necessariam pecuniae summam, aut mutentur, aut in foenore sumant ad solvendam contributionem nuper toti exarchatu Ravennatensi a Gallicarum copiarum imperantibus indictam 24

MLXX.

Monialibus monasterii de Santarem Lisbonensis indulgetur, ut omnibus privilegiis, et gratis spiritualibus tertii ordinis sancti Francisci uti possint. 25

MLXXI.

Confirmatio instituti Camaldulensis observandi in monasterio sanctae Catharinae civitatis Foroliviensis. 26

MLXXII.

Concessio indulgentiae assequendae ab eis, qui interfuerint orationi quadraginta horarum in ecclesiis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum. 27

MLXXIII.

Concessio indulgentiae assequendae ab eis, qui interfuerint orationi quadraginta horarum in ecclesiis fratrum ordinis minorum sancti Francisci cappuccinorum in provinciis Gallicarum, et Hispaniarum. 28

MLXXIV.

Concessio indulgentiae assequendae ab iis, qui interfuerint missionibus dandis a fratribus ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum. 29

MLXXV.

Collegio doctorum civitatis Tiferni instante confirmatur privilegium ei alias concessum, ut supra veste talari induere possint doctores eidem aggregati vestem pelliceam cinericei coloris ad instar mantelletae. 29

MLXXVI.

Moderantur literae apostolicae 19. junii 1787. pro congregatione Hispana ordinis Chartistiani. 30

MLXXVII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Joannis de Ribera patriarchae Antiocheno, et archiepiscopo Valentino. 34

MLXXVIII.

Instante episcopo Oriolensi confirmatur decretum congregationis Rituum de recitando officio die decima sexta augusti cujuslibet anni cum missa ritu duplici minori in honorem sancti Rochi in civitate et diocesi praedicta, 35

MLXXIX.

Praefinitur, ut electores beneficiorum recipiant preces primarias porrectas, vel porrigendas ab imperatore Romanorum. 36

MLXXX.

Instantibus monachis monasterii Coprimicensis dioecesis Cracoviensis ordinis Cisterciensis confirmatur rescriptum congregationis episcoporum et regularium super unione bonorum ad mensam abbatis claustralis spectantium mensae capitulari ejusdem monasterii facienda. 37

MLXXXI.

Confirmatur decretum congregationis Rituum, quo ratam habet electionem sanctae Mariae Magdalenae poenitentis in patronam principalem villae de Arahal Hispanensis dioecesis. 38

MLXXXII.

Unio abbatiae sanctorum Vincentii et Anastasii de urbe abbatiae Sublacensi cum applicatione pensionis alias solutae seminario Romano. 39

MLXXXIII.

Restitutio festorum in ditione regis Sardiniae. 42

MLXXXIV.

Erectio confraternitatis sub titulo sanctissimi cordis Jesu in ecclesia fratrum Cappuccinorum.

rum oppidi civitatis nuncupati de Cuneo
Montis Regalis dioecesis provinciae Tauri-
nensis cum communicatione indulgentiarum
alias ab apostolica Sede archiconfraternita-
ti sub eodem titulo in ecclesia sancti Theo-
dori de urbe cretae concessarum. 43

MLXXXV.

Facultas beneficiatis parochialis ecclesiae civitatis
Victoriosae Melitensis dioecesis gestandi roc-
chettum, et mozzettam. 45

MLXXXVI.

Confirmatio erectionis domus pro orphanis et ex-
positis in civitate Jacensi factae. 46

MLXXXVII.

Impositio tributi super bonis ecclesiasticis in di-
tione Januensi existentibus. 48

MLXXXVIII.

Instante regina fidelissima revocantur literae apo-
stolicae pro congregatione fratrum eremita-
rum sancti Augustini excalceatorum nun-
cupatorum editae. 49

MLXXXIX.

Constitutio qua facultas conceditur Sanctae Roma-
nae Ecclesiae cardinalibus post-obitum sum-
morum pontificum eligendi, et locum concla-
vis, et diem ingressus in illud pro rerum,
ac temporum circumstantiis. 51

MXC.

Instante Ferdinando regio Hispaniarum infante Ro-
na ecclesiastica in ducatu Parmensi existen-
tia subiciantur solutioni vectigalis imperan-
di pro solvenda contributione a Gallicis co-
pulis imposita. 53

MXCI.

Concessio iuris privati condendi aquam ardentem
facta favore comitis Massara Trientini. 55

MXCII.

Concessio altaris privilegiati pro fratribus ordinis
sancti Francisci Cappuccinorum. 58

ANNO XXIII.

MXCIII.

Extensio indulti absendi pro beneficiatis parochia-
lis ecclesiae sanctae Mariae a Mari Barchi-
nonensis dioecesis. 60

MXCIV.

Instante rege Sardiniae tribuitur facultas archiepi-
scopo Taurinensi supprimendi octo domus ca-
nonicales canonicorum regularium congre-
gationis Lateranensis ordinis sancti Augu-
stini, tres domus clericorum regularium con-
gregationis ministrantium infirmis, et duas
conventus fratrum ordinis sanctissimae Tri-
nitatis redemptionis captivorum intra ditio-
nem eidem regi subjectam existentes. 62

MXCV.

Publicatio tractatus pacis initii cum republica Gal-
licana, et servandi in ditione pontificia. 64

MXCVI.

Concessio tituli archiepiscopalis pro ecclesia Meli-
litensi praevia unione ecclesiae Rhodiensis,
cum usu pallii, et crucis favore episcopi. 70

MXCVII.

Instante magistrato civitatis Valentinae extenditur
indultum absendi a choro metropolitanae
Valentinae, aliisque beneficiis residentiam
personalem requirentibus ad omnes cathed-
raticos universitatis Valentinae, aliosque
officiales nuper erectos. 72

MXCVIII.

Supplicante episcopo Plocensi facultas eidem epi-
scopo confirmandi cessionem cuiusdam prae-

di ab eodem episcopo xenodochio sanctis-
simae Trinitatis factam conceditur. „ 75

MIC.

Facultas ministro provinciali provinciae Catalau-
niae ordinis Cappuccinarum vendendi duo
praediola, et erogandi pretium in repara-
tionem fabricae conventus, ejusque amplia-
tionem. „ 76

MIC.

Declaratio literarum apostolicarum concessarum, sub
die tertia junii MDCCXCVI. pro duce Ba-
variae. „ 77

MCI.

Deputatio superiorum pro fratribus ordinis sancti
Augustini congregationis observantiae Lom-
bardiae. „ 78

MCH.

Confirmatio sententiae latae a sacra congregatione
Boni Regiminis in causa acta a variis com-
munitatibus, cum civitate Fanensi. „ 79

MCH.

Instante domino cardinali Gerdil protectore colle-
gii ecclesiastici de urbe confirmantur non-
nulla statuta, et rescripta illud collegium
respicientia. „ 81

MCIV.

Instante serenissimo Hispaniarum infante indulge-
tur suis copiis, eorumque familiis, ut in
quadagesima, ac aliis temporibus, in quibus
carnium, et lacticiniorum esus est prohibi-
tus, iisdem cibis vesci valeant. „ 86

MCV.

Erectio cathedralis ecclesiae Apuanae. „ 87

MCVI.

Confirmatur concordia inter archiepiscopum Bene-
ventanum ex una, et episcopum Abellinen-
sem ex altera parte inita de ac super juris-
dictione in parochia nuper fundata pro cu-
ra animarum terrae de Pratola. „ 94

MCVII.

Indultum, ut mulieres claustrum conventus Barchi-
nonensis fratrum ordinis sancti Francisci de
observantia ingredi possint. „ 99

MCVIII.

Concessio muneris procuratoris generalis ordi-
nis fratrum minorum sancti Francisci Cappucci-
norum. „ 100

MCIX.

Extensio literarum apostolicarum diei iv. septem-
bris MDCCXCV. super venditione bonorum
ecclesiasticorum Sardiniae regi concessarum „ 101

MCX.

Privilegium rite sepeliendi fidelium mortuorum cor-
pora in suis ecclesiis pro religione fratrum
de Poenitentia. „ 102

MCXLI.

Instante episcopo Plocensi confirmatur concessio
cujusdam canonis. „ 105

MCXII.

Episcopo Melitensi conceditur usus pallii, et eidem
indignantur leges servandae in illius rece-
ptione, et usu. „ 106

MCXIII.

Congregationi clericorum sub titulo beatae Mariae
virginis in coelum Assumptae civitatis Ca-
vensis communicantur privilegia spiritualia
alias similibus congregationibus concessa. „ 107

MCXIV.

Facultas imponendi subsidium extraordinarium super bonis cleri saecularis, et regularis dignitatis ecclesiasticae. 103

MCXV.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui die undecima septembris et die septima julii visitaverint ecclesias ordinis sancti Francisci Cappuccinorum. 111

MCXVI.

Subjectio consulatus Tuneti cappellano majori exercituum regis catholicae. 111

MCXVII.

Indulgetur monialibus monasterii sanctae Catharinae civitatis Cephaludensis, ut aliquoties in anno egredi valeant e monasterio. 113

MCXVIII.

Confirmantur tria capitula nuper addita statuti universitatis figulorum almae urbis alias confirmatis ab apostolica Sede. 114

MCXIX.

Damnatio electionis, et consecrationis pseudo archiepiscopi Ultrajectensis in Belgio. 116

MCXX.

Instantibus monialibus ordinis sancti Augustini exalceatis nuncupatis dioecesis Carthaginiensis indulgetur, ut officium in honorem beati Joannis de Ribera ab ipsis recitari die ejus festo, et a sacerdotibus in eorum ecclesiam convenientibus missa tum ei officio conformis celebrari possit. 117

MCXXI.

Confirmantur nonnulla decreta pro congregatione Camaldulensi Pedemontana. 117

MCXXII.

Indultum pro monialibus sanctae Luciae nuncupatis civitatis Reatinae egrediendi e monasterio certis anni temporibus. 120

MCXXIII.

Instante episcopo Majoricensi indulgetur, ut in feria sexta post octavam corporis Christi a clero saeculari civitatis et dioecesis praedictae officium sanctissimi cordis Jesu recitari possit. 122

MCXXIV.

Instante clero et hominibus loci de Alaba Ferulesis dioecesis indulgetur, ut festum cum officio sancti Christophori patroni principalis dicti loci agi in posterum possit die secunda maii fixe simul assignato primo die non impedito officio sancti Athanasii eo die occurrenti. 122

MCXXV.

Instante episcopo Tlascalensi indulgetur, ut ab universo clero saeculari, a religiosis, et monialibus kalendario dioecetano utentibus in die non impedito per ordinariam designando recitari possit officium pretiosi sanguinis Domini Nostri Jesu Christi. 123

MCXXVI.

Praeceptum, ut praebendae canonicales in ecclesia collegiata terrae Bictoniae Assisiensis dioecesis non nisi originariis loci concedantur, 124

MCXXVII.

Instante capitulo, et canonicis collegiatae ecclesiae insulae Ganlensis Melitensis dioecesis extenditur indultum gestandi aliqua insignia alias eisdem concessum. 125

MCXXVIII.

Confirmatio transactionis initae a capitulo, canonicis, et archiepiscopo Ferrariensi super nominatione ad cappellaniam, seu beneficium ecclesiasticum. 126

MCXXIX.

Extensio pro hypotheca super bonis ecclesiasticis in regno Sardiniae existentibus. 128

MCXXX.

Indultum recitandi missam beatae Mariae virginis ad Nives, et officium proprium alias modalibus ascerterii concessum extenditur ad fratres ordinis sancti Francisci de observantia provinciae Portugalliae. 130

MCXXXI.

Instante commissario generali Indiarum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum confirmantur nonnulla articula. 131

ANNO XXIV.

MCXXXII.

Supplicante episcopo Egitaniensi confirmatur reservatio annuae perpetuae pensionis ducatorum 51. auri de camera, et juliorum duorum monetae Romanae cum dimidio alterius julii similis super fructibus parochialis ecclesiae de Ponza Foles Egitaniensis dioecesis favore episcopalis seminarii dictae dioecesis. 139

MCXXXIII.

Conventus civitatis Panormitanae ordinis sancti Francisci de Paula erigitur in conventum novitiatus. 140

MCXXXIV.

Instantibus rectore, seu superioribus collegii Angli civitatis Lisbonensis privilegia, quae alias a felicitis recordationis Gregorio XV. et Urbano VIII. alemnis dicti collegii concessa fuerunt extenduntur ad alios juvenes Anglos, qui in eodem collegio educationis, et studiorum causa pro tempore commorabuntur, licet consuetum missionum juramentum non emittant. 141

MCXXXV.

Indulgetur fratribus ordinis Praedicatorum conventus Landishuti Frisigenis dioecesis, ut paraciam de Oberglaim dictae dioecesis in administrationem retinere valeant. 142

MCXXXVI.

Declaratio litterarum apostolicarum alias super approbatione statutorum ordinis fratrum beatae Mariae virginis de Monte Carmelo expeditarum. 143

MCXXXVII.

Confirmatio encyclicae a priore generali fratrum ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo exalceat. congregationis Hispanae factae ad moderandum indefinitivum confessoriorum extraordinariorum usum. 145

MCXXXVIII.

Indulgetur missionariis collegii apostolici de Guadalupe Guadalaxariensis dioecesis, ut in eorum ecclesia missa votiva de beata Maria virgine celebrari possit quotannis. 147

MCXXXIX.

Indulgetur monialibus reformatis ordinis sancti Augustini civitatis Pampilonensis, ut in feria vi. post octavam corporis Christi officium cordis Jesu recitare possint. 148

MCXL.

Extensio litterarum apostolicarum die quarta augusti MDCXCXVII. quibus consulatus, et Hispani Tuneti commorantes jurisdictioni cappellani majoris exercituum regis catholici subjecti saere. 148

MCXLI.

Unio perpetua canonicatus, seu praebendae primo vacaturae metropolitanae ecclesiae Compostellanae regiae cappellae regis catholici, ut fructus in augmentum congruae illius cappellani, et eleri erogentur. 150

MCXLII.

Indulgetur monialibus Cisterciensium monasterii sancti Clementis civitatis Hispalensis, ut ritus officii sacri cordis Jesu a dupl. mai: ad dupl. secundae classis elevari possit. „ 152

MCXLIII.

Ut in provincia utriusque Castellae ordinis sancti Francisci de Paula superiores locales ad tricentium eligantur. „ Ib.

MCXLIV.

Conceditur regi catholico, ut ad suppetias ferendas suo regio acrio in praesenti bello, decimas, fundos, proprietates, jura, et praeceminentias ad magisteria quatuor ordinum militarium regnorum Hispaniarum vendere possit, assignatis tamen fundis ad adimplenda onera, quibus eadem magisteria gravantur. „ 153

MCXLV.

Separatio latifundii la Florida nuncupati a jurisdictione archiepiscopi Toletani, et parochi sancti Martini ejusdem civitatis, ejusque subjectio cappellano majori regis catholici. „ 155

MCXLVI.

Indultum ut praefatio propria die festo in octava, ac in missis votivis sancti Philippi Neri in ecclesiis tantum congregationis oratorii ejusdem sancti Philippi recitari possit. „ 158

MCXLVII.

Confirmantur articula pro recta directione collegii missionariorum ordinis minorum sancti Francisci de abbacia in villa de Balthanas Palentinae dioecesis erectae. „ 159

MCXLVIII.

Dismembratio quatuor villarum, seu locorum a dioecesi Turritana, ut tres dioecesi Algarvensi, et una ergiendae dioecesi Bisarcien-si uniantur. „ 162

MCXLIX.

Elevatio ritus officii exaltationis sanctae Crucis a duplici majori ad duplex secundae classis, cum octava pro civitate Limana. „ 164

MCL.

Dismembratio duodecim villarum a dioecesi Arborensi. „ 165

MCLI.

Erectio oppidi Varsaviensis in episcopatum, ejusque collegiatae in cathedralem. „ 167

MCLII.

Declaratio literarum apostolicarum sanctissimi Domini Nostri Pii pp. VI. alias sub die xxx. decembris MDCCXCVII. expeditarum, quibus opportuna praescribitur methodus servanda in casu obitus ejusdem pontificis extra Romanam curiam. „ 175

MCLIII.

Ut in die festo sancti Leucii recitari possit officium et missa alias pro civitate Beneventana approbata instantibus clero saeculari, et regulari Coloniae regalis sancti Leucii Neapolitanae dioecesis. „ 178

MCLIV.

Erectio ecclesiae monasterii ordinis sancti Basilii magni sub titulo beatae Mariae virginis et sancti Joannis evangelistae Grcco-Rutheni uniti ritus in ditionibus Kiovensi, et Bretenſi respective dioecesibus existentibus. „ 181

MCLV.

Facultas archiepiscopo Limano elevandi ritum officii exaltationis sanctae crucis ad dupl. secundae vel etiam primae classis sine octava. „ 183

MCLVI.

Instantibus monachis monasterii Praemetensis ordinis Cisterciensis Posnaniensis dioecesis indulgetur eisdem, ut deinceps pro abbate perpetuo prior triennalis eligatur . . . „ 189

MCLVII.

Confirmatio electionis sancti Antonii abbatis in patronum praecipuum loci de Aleazar y Barris Granatensis dioecesis. . . „ 190

MCLVIII.

Instantibus monachis ordinis Cisterciensis monasterii Praemetensis Posnaniensis dioecesis indulgetur, ut priores triennales dicti monasterii deinceps eligendi regulares novitiorum professiones recipere possint. „ 181

MCLIX.

Facultas episcopis Hispaniarum, et Americae, ut ad dimittendum publicum debitum convenire possint in alienationem bonorum ad nosocomia, hospitia, aliaque loca pietantium, ita tamen ut ab acriario regio eisdem locis piis solvantur fructus trium in singula centena et annos. . . „ 191

MCLX.

Facultas regi catholico erogandi fructus commendarum quatuor ordinum militarium Hispaniarum nunc vacantium, ac deinceps vacatarum in extinctionem hodierni aeris alieni vulgo della Corona, et quatenus opus sit etiam aliquam bonorum partem ad easdem commendas pertinentium alienandi. „ 193

APPENDIX

MCLXI.

Confirmatio decreti congregationis Rituum super recitatione officii et missae de beato Sisebuto abbate. . . „ 195

MCLXII.

Erectio montis nuncupati = di porzioni vacabili = pro extinctione cartae papyraceae usque ad scuta quindecim centena millia. . . „ 197

MCLXIII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Pacifici a sancto Severino ordinis sancti Francisci de observantia. . . „ 199

MCLXIV.

Beatificatio venerabilis servi Dei Nicolai Factor ordinis fratrum minorum de observantia. „ 200

MCLXV.

Beatificatio venerabilis servi Dei Thomae a Cora ordinis fratrum minorum de observantia. „ 202

MCLXVI.

Beatificatio servi Dei Gasparis de Bono sacerdotis professi ordinis fratrum sancti Francisci de Paula. . . „ 204

MCLXVII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Nicolai a Longohardis oblato professi fratrum ordinis sancti Francisci de Paula. . . „ 206

MCLXVIII.

Confirmatio statutorum conditorum a sacra congregatione nuncupata „ della Grascia „ pro recta ejusdem tribunalis administratione. „ 208

MCLXX.

Erectio episcopatus in civitate Baltimori. 211

MCLXX.

Reformatio legum vigentium in provincia Ferrariae super solutione vectigalis, et incorporatio emporii ibidem extantis cum caeteris status ecclesiastici. 214

MCLXXI.

Beatificatio servi Dei Andreae Hibernon laici expresse professi ordinis minorum sancti Francisci de observantia. 223

MCLXXII.

Confirmatio statutorum congregationis misericordiae almae urbis. 226



ZINZIN

ZINZIN

INDEX VOCABULORUM

INITIALIUM

OMNIUM CONSTITUTIONUM

Q U Æ

IN HOC TOMO CONTINENTUR



A

<i>Ad augendam fidelium</i>	Pag. 27	<i>Cum sicut accepimus</i>	1
<i>Ad augendam fidelium</i>	28	<i>Cum sicut dilecti filii.</i>	3
<i>Ad augendam fidelium</i>	111	<i>Cum sicut dilectus filius</i>	8
<i>Ad universam</i>	167	<i>Coelestium munerum.</i>	28
<i>Alias emanavit.</i>	195	<i>Cum difficultates illae</i>	36
		<i>Cum alias Nos</i>	106
		<i>Cum sicut venerabilis</i>	122
		<i>Cum sicut dilecti filii.</i>	ibid
		<i>Cum sicut venerabilis</i>	123
		<i>Cum sicut dilecti filii</i>	147
		<i>Cum sicut dilectae filiae</i>	148
		<i>Cum sicut dilectae</i>	152
		<i>Cum sicut dilecti filii.</i>	164
		<i>Cum Nos superiori anno</i>	175
		<i>Cum Nos hodie</i>	191
		<i>Cum arcta sit via</i>	199
		<i>Cum ex debito</i>	203
		<i>Cum in Ecclesia Dei</i>	204
		<i>Cum inter magna.</i>	223

B

<i>Benedictus Dominus</i>	34
<i>Benedictus Dominus</i>	206

C

<i>Cum sicut venerabilis</i>	1
--	---

D

Decet Romanum pontificem 15
Decet Romanum pontificem 29
Dum singularem 45
Decet Romanum pontificem 94
Decet Romanum pontificem 111
Decet Romanum pontificem 117
Decet Romanum pontificem 131
Decet Romanum pontificem 159
Decet Romanum pontificem 189
Dominus, ac servator 202

E

Ecclesiae Christi 4
Est id plano regium 6
Exponi Nobis nuper fecistis 9
Exponi Nobis nuper fecerunt 20
Exponi Nobis nuper fecerunt 21
Ecclesiam Christi 22
Exponi Nobis nuper fecerunt 25
Exponi Nobis nuper fecerunt 26
Exponi Nobis nuper fecerunt 37
Exponi nobis nuper fecit 58
Exponi Nobis nuper fecerunt 61
Exponi Nobis nuper fecit 62
Exponi Nobis nuper fecisti 76
Exponi Nobis fecerunt 79
Exponi Nobis nuper fecerunt 99
Exponi Nobis nuper fecit 101
Expositum Nobis nuper est 104
Exponi Nobis nuper fecisti 105

Exponi Nobis nuper fecerunt 113
Exponi Nobis nuper fecerunt 114
Exponi Nobis nuper fecerunt 117
Exponi Nobis nuper fecerunt 120
Exponi Nobis nuper fecerunt 124
Exponi Nobis nuper fecerunt 125
Exponi Nobis nuper fecit 128
Exponi Nobis nuper fecit 130
Exponi Nobis nuper fecit 139
Exponi Nobis nuper fecit 140
Exponi Nobis nuper fecerunt 141
Exponi Nobis nuper fecerunt 142
Exponi Nobis nuper fecerunt 152
Exponi Nobis nuper fecit 153
Exponi Nobis nuper fecit 155
Exponi Nobis nuper fecerunt 158
Exponi Nobis nuper fecerunt 178
Exponi Nobis nuper fecit 188
Exponi Nobis nuper fecerunt 190
Ex hac apostolicæ 211

F

Fraternitati tuæ 75

G

Gravibus licet 2
Gravia quidem sunt 24

I

<i>Injuncti Nobis</i>	18
<i>Inter caetera onera</i>	46
<i>Inter multiplices</i>	78
<i>In suprema</i>	87
<i>Inter multas tribulationes</i>	143
<i>Inter caetera</i>	145
<i>Inter multas tribulationes</i>	162
<i>Intenta la Santità</i>	208

L

<i>La Santità di Nostro Signore</i>	55
<i>L'industria delle arti</i>	214

M

<i>Memores Nos</i>	70
<i>Majestatis tuæ nomine</i>	193

N

<i>Nuper in particulari</i>	10
<i>Nuper tuo nomine</i>	11
<i>Nos alias ad preces</i>	13
<i>Nuper a congregatione</i>	38
<i>Nos alias per Nostras</i>	42
<i>Nec levitati</i>	49
<i>Nuper pro parte</i>	72

<i>Non opus esse credimus</i>	108
<i>Nuper pro parte</i>	148

P

<i>Postquam Nos alias</i>	30
<i>Pastoris aeterni</i>	43
<i>Pastoralis sollicitudo</i>	48
<i>Postquam divina</i>	53
<i>Perlatus ad Nos est</i>	116
<i>Pastoralis omnium ecclesiarum</i>	165

Q

<i>Quod sancta synodus</i>	5
<i>Quantum studium</i>	7
<i>Quoties a Nobis petitur</i>	16
<i>Quum sicut venerabilis</i>	36
<i>Quod praecipue spectabamus</i>	39
<i>Quae a Romanis pontificibus</i>	77
<i>Quamvis plura</i>	81
<i>Quoties a Nobis petitur</i>	107
<i>Quoties a Nobis petitur</i>	127
<i>Quoties a Nobis petitur</i>	150
<i>Quoties animo repetimus</i>	191
<i>Quantunque da alcune</i>	197

R

Religionis zelus ,, 100

S

Suscéptam á Nobis : ,, 181

Superni dispositione consilii ,, 225


T


Trattato di pace 65

U

Ut securitati ,, 86







PIUS VI.

ANNO VICESIMO SECUNDO



Dat. die
3 martii
1796
anno XXII.

ML.

Ut ritus officii patrocinii beatæ Mariæ virginis a duplici majori ad duplicem secundæ classis sine octava elevari possit in civitate, et diœcesi de Guatimala in Indiis Occidentalibus.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Ratio concessionis.

§. 1. **C**um sicut venerabilis frater archiepiscopus, nec non dilecti filii presbyteri, et homines civitatis de Guatimala in Indiis Occidentalibus Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga Deiparam præferunt affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessionis tenor.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis, audito dilecto filio magistro Dominico Coppola sacrorum Rituum congregationis secretario, ut in perpetuum pro eadem civitate, et diœcesi de Guatimala ritum officii patrocinii beatæ Mariæ virginis a duplici majori, ad duplicem secundæ classis sine octava elevari possit auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus.

Derogatio contrariarum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ civitatis, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel qua-

Bull. Rom. Tom. X. F. 52.

vis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava martii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLI.

Dat. die
12 martii
1796
anno XXII.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui occasione capituli provincialis visitaverint ecclesias fratrum ordinis eremitarum sancti Augustini.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentibus literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **C**um sicut accepimus Capitulum provinciale fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini exalceatorum nuncupatorum in ecclesia, seu eorum domo propediem benedicente Domino celebrandum sit; Nos ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ

Ratio, et tenor concessionis.

A

thesauris pia charitate intenti; omnibus utriusque sexus Christifidelibus veteribus, et confessis, ac sancta communione relectis, qui prædictam, vel aliquam ex ecclesiis domorum ordinis huiusmodi ubicumque existentem, die quo incóhabitur capitulam provinciale huiusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus; præsentibus post celebrationem dicti capituli provincialis minime valitoris.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint, utque earundem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alienius notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda martii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLII.

Dat. die
18 martii
1706
anno XIII.

Instante ministro generali congregationis clericorum regularium Minorum nuncupatorum confirmantur nova statuta, et decreta ejusdem congregationis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **G**ravibus licet, et multiplicibus curis distenti in universæ Ecclesiæ administratione Nobis divinitus commissæ, libenter tamen ad ea paternum animum intendimus, quæ ad regularium ordinem disciplinam servandam, perficiendamque pertinent, ut ita religiosi viris ad pietatem compositis, atque exemplo, et virtute præfulgentibus, fidelis populus in viis Domini securius dirigatur.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius moderatus præpositus generalis congregationis clericorum regularium Minorum nuncupatorum pro bono ejusdem congregationis regimine novus constitutionum, et statutorum codex efformatus fuerit, cui titulus « Decretorum codex clericorum regularium minorum capituli trigesimi octavi, ac proximi præcedentium iussione lucubratus » hic vero codex a venerabilibus fratribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, et dilectis filiis Romanæ curiæ prælatis super disciplina regulari specialiter a Nobis deputatis, quibus rem totam commisimus, ad examen revocatus fuerit, et approbatus; idem propositus generalis, ut omnes, et singuli, qui institutum huiusmodi profiterentur, leges, et statuta in dicto codice contenta observare teneantur, eaque servantur exactius, et firmiter subsistant, apostolicæ Nostre confirmationis robore communiri summopere desiderat.

§. 3. Nos igitur ipsum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, prædictum decretorum codicem, et singula in eo contenta, illorumque tenores perinde ac si præsentibus de verbo ad verbum inserta essent, apostolica auctoritate earundem

Conditio adjuncta, et fides habenda transumptis.

Præmissum.

Tenor præsentium porrectarum.

Tenor concessionis.

præsentium tenore confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adii-
cimus, ac omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quoquo modo intervenerint, supplemus, et san-
namus.

Clausula sub-
lata, et decre-
ta irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; contradic-
tores quoslibet, et præmissis non parentes per censuras, et pœnas ecclesia-
sticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, com-
pescendo.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ejusdem congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava martii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLIII.

Dat. die
30 martii
1796
anno XXII.

Instantibus sodalibus congregationis beatæ Mariæ virginis septem Dolorum diœcesis Sanctæ Fidei in Indiis, et clero eidem ecclesiæ addicto, indulgetur ut in dominica iii. septembris a consodalibus, et clero prædictis recitari possit officium septem Dolorum pro ordine Servorum beatæ Mariæ virginis approbatum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**um sicut dilecti filii superiores congregationis titulo beatæ Mariæ virginis septem Dolorum erectæ in ecclesia parochiali villæ de Medellin diœcesis Sanctæ Fidei in Indiis exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga Deiparam præseferunt devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præ-
cum.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola sacrorum Rituum congregationis secretario, ut in posterum a consodalibus ejusdem congregationis, et a clero eidem ecclesiæ addicto in dominica tertia septembris recitari possit ritu duplici majori sine octava officium cum missa septem dolorum beatæ Mariæ virginis approbatum auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus.

Tenor conces-
sionis.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissi-

Derogatio con-
trariorum.

mis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima martii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLIV.

Electio superiorum congregationis Italianæ monachorum reformatorem divi Bernardi ordinis Cisterciensis.

Pins. PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**cclésiæ Christi, quæ castrorum aciei ordinatæ rectissime comparatur, divino numine, ac benignitate præpositi, omnes ejus partes curare, nullam profecto negligere Nos debere intelligimus; ac magnam proinde cogitationem, et studium suscipere, quo religiosis familiis streoni, et sapientes duces, rectoresque præficiantur. Itaque, quom tempus jam advenerit, quo congregationi Italianæ monachorum reformatorem, ut appellantur, divi Bernardi ordinis Cisterciensis novi sint moderatores tribuendi, id certe optabamus, ut ex ejus legum optimarum præscripto, comitiis habitis, per suffragia deligerentur. Atqui tanto hoc impetu teterrimi belli in Subalpinas regiones facto, quom nec vocales itinerum tot pericula adire, nec monasteriorum facultates immunitæ sumptus necessarios queant perferre, ad illud consilii idcirco devenire cogimur, quod pro eadem congregatione susceptum olim fuit ab fel. rec. Alexandro pp. VII. prædecessore Nostro, quom alia cælitus immissa clades homines adtereret, ut auctoritate nimirum Nostra apostolica temporum difficultates vince-

§. 2. Quamobrem dilectos filios infrascriptes ejus congregationis monachos

a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore cœsentes, motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione Nostri, deque apostolicæ potestatis plenitudine Angelum Victorium a sancto Antonio Viasoneensem abbatem generalem, Raphaellem a sancto Eustachio Casalium primum adstantem, Amadum a sancta Theresia Simoadium adstantem secundum, Franciscum Xaverium a sancto Jacobo Blanchium visitatorem generalem primum, Balthassarem a sancto Antonio Panzom jam visitatorem generalem secundum; Josephum denique a sancto Petro Fontanam procuratorem generalem commemoratæ congregationis universæ tenore præsentium literarum constituimus, facimus, et deputamus, ad id usque tempus, quo eorum quodque munus delimitum est statutis ejus congregationis, ab hac sancta Sede apostolica confirmatis.

§. 3. Præcipimus propterea in virtute sanctæ obedientiæ dilectis filiis superioribus, et monachis ejusdem congregationis, et omnibus, et singulis, ad quos spectat, et in futurum spectabit: indignatione etiam Nostra non obtemperantibus, ac pœnis propositis arbitrio Nostro infligendis, ut abbatem generalem, adstantes, visitatores generales, et procuratorem generalem prædictos, ex quo die his Nostri literis publice recitatis munus ii suum quisque iniverint, perinde agnoscant, recipiant, observent, ac si comitiis solemnibus creati essent, iisdemque, suum cuique a Nobis demandatum munus administrantibus, se submittant, prompto, alacrique animo pareant, studio, atque opera præsto sint, ac faveant.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ejusque congregationis, et ordinis statutis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrariam præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac

Pœnæ contra inobedientes inflictæ.

Derogatio contrariorum.

Dat. die
5 aprilis
1796
anno XXI.

Proentium.

Tunc concessio.

vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris, die quinta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLV.

Dat. die
17 aprilis
1795
anno XXII.

Suppressio conventus sancti Angeli fratrum minorum sancti Francisci castri Rojatis, et applicatio bonorum seminario Sublacensi nullius diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Quod sancta synodus Tridentina tam graviter commendat, tam vehementer inculcat de clericorum seminariis constituendis, necessarioque censu augendis, id profecto Nos omni cura, et diligentia ad hanc usque diem facere contendimus, in abbazia Nostra Sublacensi in districtu urbis: idque adeo apertum festatumque esse omnibus arbitramur; de qua cura, et diligentia nondum esse remittendum Nobis existimamus.

Causæ impel-
lentes ad sup-
pressionem de-
comendam.

§. 2. Ne novimus quidem conventum s. Angeli fratrum minorum s. Francisci, qui conventuales vocitantur, non longe a Rojatis castro in finibus ejusdem abbatiæ aetate jam fel. rec. Innocentii pp. X. prædecessoris Nostri suppressum, decreto, ut in parvis, quod ad suam constitutionem instaurandæ, ante editam explicandam vulgavit x. februarii MDCCIV. quo sane is pontifex maximus, ut ad præscriptam observantiam redigeret regulares, parvos conventus statuit supprimendos; quoniam fratres in illis exiguo numero degentes, nec divinum officium in choro celebrare, nec orationi mentali, et spiritualibus collationibus, studiisque in communi vacare, neque clausuram; quibus rebus, tamquam basibus regularis vita superstruitur; servare possint, ast otio dediti soli per loca infrequentia vagentur; adeunt in ejusmodi conventibus collocari nequeant religiosi optimæ notæ viri, ast eo moderatores amandare cogantur laxioris disciplinæ fratres, qui loci occasione, et licentia pejores fiunt. Quæ facies cum esset tum ejus conventus prope Rojatis castrum, justam ille sententiam mini-

me effugit. Restitutum quidem cum postea opera, et gratia hoc mem: cardinalis Antonii Barberini esse scimus; ea certe conditione, ut fratres sacerdotes quatuor, laicos duos perpetuo aleret.

Remedia fru-
stra adhibita.

§. 3. Verum cum ejusmodi conditionem neque antea præstitisse; neque posthac præstare eum posse obrestitutum tenuitatem, ærisque alieni magnitudinem, compertum nobis sit, neque fructus, utilitatemque eum proferre, quæ adhuc desiderata est.

Decretum sup-
pressionis.

§. 4. Motu proprio, certa scientia, et matura deliberatione Nostri, de quæ apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium literarum iterum supprimimus, ejusque bona prorsus omnia qualiacumque tum stabilia, cum mobilia, nomina, jura, et actiones cujusvis generis seminario præsentis abbatiæ Nostræ addicimus, et incorporamus; qui unus est ex illis usibus, in quos juxta Innocentianam constitutionem bona conventuum suppressorum converti debent; itaque in illorum possessionem seminarium abbatiæ Nostræ a vicario Nostro generali, aut ab deputatorum ejusdem seminarii aliquo per ipsam vicarium subdelegando immitti, statim post has literas Nostras recitatas, volumus, et jubemus; atque auctoritate Nostra in idem seminarium debita, atque onera suppressi conventus trasferimus.

Consultitur sa-
tisfactioni mis-
sarum.

§. 5. Quæ inter, quoniam duo sacrificia sicut, solemni cæremonia, et cantu peragenda, alterum die octava maij, alterum die quarta octobris, ad expiandas animas duorum ex familia Colummensium vita fructuorum, ea uti antea peragi religiose decernimus; cæterum, ut agriculturalum etiam utilitati prospiciamus, qui in vicinia ejus conventus degent, quo ne diebus festis missæ copia illis desit, id onus propterea seminario Nostro Sublacensi adicimus, iis ut diebus in illius conventus ecclesia, quæ in suum jus transit, sacrificium missæ unum saltem per sacerdotem ad confessiones adprobaturum celebratum omnino curet. Quod sane ut levius, et facilius ei sit, statuimus, ut quæ missarum celebrationes octo, et sexaginta ecclesiæ, quæ s. Mariæ ad Nives nuncupabatur Sublaci auctoritate Nostra in profanos usus conversæ ab eo debebantur, in ecclesia deinceps ejus conventus diebus festis exsolvantur.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quoruncumque testamentorum dispositionibus, quibus quoad præmissa tantum, nunc derogamus. Quibuscumque etiam

Derogatio con-
trariorum.

illius conventus statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris diæ decima secunda aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLVI.

Dat. die
15 aprilis
1796
anno XXII.

Instante rege catholico indulgetur regio consuli Algerii, et Hispanis omnibus, qui eo transtulerint, aut deinceps trasferant, et cujusque familiæ, ut diebus abstinentiæ et jejunii abantur iisdem cibis, quibus vescerentur ex privilegio apostolico si intra fines Hispaniarum regni essent.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. **E**st id plane regium, vigilare assidue, ac longe in posterum providere, suorumque popularium utilitati, et saluti tempore consulere, ac eorum meminem, quamvis magno locorum intervallo disjunctum, non sua cura, et cogitatione complecti.

Expositio præsum.

§. 2. Quamobrem omnino benigne accepimus, quod expositum Nobis nuper fuit carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici nomine pro suo consule, ac reliquis Hispanis omnibus Algerii commorantibus, qui diebus abstinentiæ, et jejunii ab vesci nequeant eo ciborum genere, quo tum oporteat; quippe quod raro admodum eo importetur, ob perpetuum fere pestis metum; quodque etiamsi suppetat, insalubre, et noxium censetur humanis corporibus, eo grassante morbo, qui paterna idcirco Nostra indulgentia egeant: adjectum illud quoque fact, ejusdem regis majestatis nomine, epportunissimum sibi videri, ad omnia discordiarum, et contentionum semina radicitus evellenda, totam Hispanorum eo in oppido multitudinem,

non solum consulem, ejusque cohortem, sub potestatem ordinariam redigi cappellani majoris, ejusque vicarii generalis regionum exercituum.

§. 3. Quibus Nos votis igitur annuentes, de Nostræ apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium literarum, quæ perpetuo sint valituræ, veniam concedimus tum regio Hispaniarum consuli, ac vice-consuli, qui Algerii sint, quique deinceps sint futuri, tum omnibus, et singulis Hispanis, qui Algeriam migraverint, aut migraturi sint, et cujusque familiæ, atque iis adeo, qui eorum mensa utentur, ut diebus commemoratis abstinentiæ, et jejunii, iisdem cibis abantur, quibus ex hujus sanctæ Sedis privilegiis jam impetratis, ali possent, si intra fines regni Hispaniarum versarentur: eosdem præterea consulem, vice-consulem, Hispanos omnes, et singulos, qui in Algerium transtulerint, vel transferent, et ejusque familiam jurisdictioni ordinariæ in spiritualibus cappellani majoris, ejusdemque vicarii generalis exercituum regis Hispaniarum catholici, ac ejus delegatorum subjectos postmodum esse constituimus, præcipimus, et jubemus: eosque ab omni alterius cujuscunque jurisdictione ordinaria liberos pronunciamus, et declaramus.

Tenor concessionis.

§. 4. Decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscunque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditares, iudicari, ac definiiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, vel personis sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus,

Derogatio contrariorum.

ribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie; ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLVII.

Dat. die
19 aprilis
1796
anno XXI.

Ad sublevandum nosocomium Parmense, de Misericordia nuncupato, imponitur tributum super bonis ecclesiasticis intra fines ducatus Parmensis existentibus.

Venerabilibus fratribus episcopis, qui intra ducatus Parmensis fines diocesisim habent.

Pius PP. VI.

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Quantum studium semper extiterit Ecclesiæ Christi, ab ipso informata, atque edoctæ, in pauperibus, ac præsertim aegrotis sublevandis, omnique solatii genere juvandis, quamque libenter suas facultates, ad illud officii præstandum, sæpissime effuderit, omnium certe id ætatum literæ, ac monumenta testantur.

Ratio, et tenor concessio-
nis.

§. 2. Quo et Nos incensi studio, non possumus non statim flecti, ad opem, quæ iuxta a Nobis imploratur, ferendam nosocomio Parmensi, quod miseris illis magoum est perfugium, unde a misericordia nomen merito trahit, cujus ita angustæ, afflictæque fortunæ dicuntur esse, ut stare illud nequeat diutius, nisi ecclesiæ ei pietas propere subveniat. Itaque motu proprio, certa scientia, et matura deliberatione Nostri, deque apostolicæ potestatis, qua sumus instructi plenitudinæ, vobis, venerabiles fratres, harum literarum tenore præcipimus, et mandamus, ut in

bona prorsus omnia, cujusque modi sint, ad mensas episcopales, abbatiales, conventuales, ad capitula cathedralium, et collegiatarum, ad prioratus, præposituras, canonicatus, præbendas, et alia quæcumque beneficia, ad cænobia, monasteria, collegia, domos, hospitia, quocumque appellentur nomine, etiam undecim congregationum, ad quascumque militias, etiam s. Joannis Hierosolymitani, et sancti Georgii ordinis equestris Constantiniani, ac sanctæ Mariæ della Steccata vulgo vocitata, ad quolibet communitates, et personas ecclesiasticas, tum sæculares, quam regulares, cujuscumque gradus, conditionis, et dignitatis sint, quocumque privilegio sint munitæ, pertinentia, etiam a Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus possessa; neque in ea solum bona, quæ post annum MDCXX. ab iis parta; sed in illa etiam, quæ ante id temporis possessa ab iis fuerint, in bona profecto ejusmodi, ad præsentem dumtaxat effectum, quisque vestrum in sua diocesi, quæ intra fines sit Parmensis ducatus, certum tributum, pro commemorato nosocomio sustentando, auctoritate Nostra apostolica imperetis.

§. 3. Quod quidem tributum, (necessitatibus nosocomii id postulantibus) non in posterum modo imponi statuimus, sed exigi idem etiam pro iis, qui sunt præteriti, mensibus hujus labentis anni MDCCXCVI. Cæterum, si qua sunt ea inter bona, quæ onere jam sint gravata alio, ad aliud forte nosocomium tendendum, et alendum, hæc aut immunita penitus ab novo hoc tributo esse decernimus, aut si onus illud quod sustinuerit, sit minus quam tributum imponendum, eam partem solum ab iis exigi volumus, quæ reliqua est, ut cum aliis ecclesiasticis bonis onus exæquent. Fundos vero illos, qui patrimonii ecclesiastici titulo sint alicui assignati, quique ad singulares familias postea reversuri sunt, ei tributo obnoxios esse non permittimus. Illud denique vos, venerabiles fratres, etiam, atque etiam pro vestra sapientia videbitis, ut ne cui per illam tributi solutionem, legitima congrua minuatur, utque in exigendi ratione præscriptum servetur constitutionis ab felicitis recordationis Clemente pp. V. prædecessore Nostro in concilio Viennensi editæ.

Declarationes circa bona immunita a tributis.

§. 4. Non obstantibus literis Nostri in simili forma Brevis datis die vi. aprilis MDCCXXXI. nec non, quatenus opus sit, iis, quæ die xxiii. aprilis superioris anni sunt expeditæ, aliisque aposto-

Drogatio eorum.

licis atque in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica; vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima nona aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.



MLVIII.

Dat. die
22 aprilis
1796
anno XXI.

Instante principe Columna de Hostiliano conceditur duodecim cappellanis in ecclesia de ejus jurepatronatu Aversanæ diocesis existente; ut mozzettam gestare valeant

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**um, sicut dilectus filius nobilis vir Marcus Antonius Columna princeps de Hostiliano Nobis humiliter exponi fecit, ipse nuper inter cætera, quæ ad divinum cultum promovendum in ecclesia, ut asserit, de suo jurepatronatu terræ de Juliano Aversanæ diocesis, quam pariter suæ præcobili familiæ jure feudi spectare asserit, instituit, duodecim etiam cappellanas ad nutum amovibiles, et quatuor officia clericatus fundaverit; quo splendor, et decus foundationis hujusmodi augeatur, eosdem cappellanos divinum cultum peragentes aliquo insigni per Nos honestari summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præcui.

§. 2. Nos igitur eundem exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque, ac singulorum cappellanorum prædictorum pro tempore existentium personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut omnes, et singuli cappellani prædicti pro tempore existentes perpetuis futuris temporibus mozzettas violaceas cum rocchetto, illorum vero major, seu caput eandem mozzettam mustella alba ornata tam in præfata ecclesia, quam extra eam in supplicationibus, vulgo processionibus, aliisque ecclesiasticis functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, et deferre, illisque uti libere, ac licite possiat, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Tenor concessionis.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sorti, et

Clausula sublata et decretum irritans.

obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ Aversanæ diœcesis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentem non intendimus dictum juspatronatum in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vicesima secunda aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLIX:

Instante confraternitate sanctæ Mariæ Gratiarum de Confalone nuncupata oppidi Centum Cellarum, confirmatur privilegium liberandi quotannis unum reum ad triremes perpetuas damnatum alias eidem confraternitati concessum.

Dat. die
26 aprilis
1796
anno XXII.

Dilectis filiis gubernatori, ac confratribus sanctæ Mariæ Gratiarum de Confalone nuncupat. oppidi civitatis etiam nuncupati Centum Cellarum Viterbiensis diœcesis.

Pius PP. VI.

Dilecti filii
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. **E**xpeni Nobis nuper fecistis, quod alias felicitis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis sub die xvi. maii MDCCXXXII. expeditas literas confraternitatis vestræ fide, et diligentia ductus, qua detentis in publicis carceribus istius oppidi civitatis nuncupati Centum Cellarum cibaria suppeditabat, aliaque adjumenta iis præbebat, qui ægroti in illis jacerent, præmiis alicujus loco eidem confraternitati in perpetuum concessit, ut unum reum ad triremes perpetuas, seu ad sui vitam condemnatum, quem petierit, atque a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negoeiis, et consultationibus status Nostri ecclesiastici præposita obtinerit, quotannis liberare a pœna posset, certis tamen reservatis conditionibus, et alias prout in dictis Benedicti prædecessoris desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, vos nunc, qui a majorum vestrum pietate nunquam descivistis, graviora etiam onera ad solandos illos miseros receperitis, ac propterea cupiatis ad tollendas in posterum omnes controversias, ut privilegium hujusmodi non solum ratum habeamus, sed lucem etiam, si qua desideratur, majorem afferamus, Nostraque auctoritate confirmemus.

Expositio præcum prædictarum.

§. 2. Nos itaque vos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et

Tenor concessionis.

vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censeantes, supplicationibus vestro nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, facultatem liberandi in singulos annos unum reum ad triremes quoad vixerit damnatum a quocumque iudice, et tribunali fuerit in eum lata sententia, ac vel is deportatus ad triremes jam fuerit, et in ipsis retentus, vel nondum fuerit, in perpetuum vobis, et confraternitati vestræ auctoritate apostolica tenore præsentium adserimus, et confirmamus, et quatenus opus sit, de novo concedimus, et indulgemus, conditionibus tamen omnibus præstitis, quæ in prædictis Benedicti prædecessoris literis sunt appositæ, ac servata in reliquis eorundem forma, et dispositione. Mandantes propterea commemoratæ cardinalium congregationi, ac omnibus, et singulis, ad quos spectat, et in futurum spectabit, ut quotannis in perpetuum vobis unum reum in pœnam triremis perpetuæ, seu ad vitam damnatum liberum dimittat, et concedat, ipsumque reum per vos pro tempore liberatum ab omni pœna eo ipso absolutum esse, et cœseri, nec illam propter præterita delicta, et excessus ulterius molestari, vel perturbari posse auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus.

Derogatio constitutionum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis, quæ in dictis suis literis idem Benedictus prædecessor voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLX.

Dat. die
29 aprilis
1796
anno XXI.

Confirmatio decreti editi a sacra congregatione Rituum super prosecutione processus pro beatificatione servi Dei Alphonsi Mariæ de Ligorio.

Pius PP. VI

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Nuper in particulari congregatione sacrorum Rituum a Nobis destinata disceptatum est, referente venerabili fratre Nostro Joanne episcopo Sabiniensi cardinale Archinto nuncupato, eidem congregationi præfecto, ac quæ servo Dei Alphonsi Mariæ de Ligorio fundatori congregationis sanctissimi Redemptoris vocitatæ, et episcopo olim sanctæ Agathæ Gothorum objiciuntur circa immutationem regularum suæ ipsius congregationis obstanti signature commissionis, vel ulteriori progressui causæ super dubio virtutum in casu, et ad effectum, de quo agitur. Itaque audito dilecto filio magistro Hieronymo Napulionio fidei promotore, visisque iuribus ex utraque parte allatis, rescribendum illa censuit: negative in omnibus; atque esse imponendum perpetuum silentium; ita ut, nec fidei promotor, nec ullus alius in causa suffragaturus, in ulteriori causæ examine, supradicto obstativo ullatenus uti possit.

Tenor decreti editi a sacra congregatione Rituum.

§. 2. Quod quidem decretum jam ante a Nobis probatum, cum dilecti filii superior nunc generalis commemoratæ congregationis, ac Josephus Cajetanus Cardone sacerdos, ejus sodalis, et causæ ipsius servi Dei postulator, vehementer cupiant, eisque rogent, ratum ut illud a Nobis haberi apertius etiam profiteamur, eo id libentius facimus, eorumque precibus annuendum ducimus, quod memoria tenemus pietatem singularem, et observantiam servi Dei erga hanc sanctam apostolicam S. dem, voce sæpe, rebus gestis, et scriptis ab ipso testatam.

Preces porrectæ pro illius confirmatione

§. 3. Itaque decretum illud ab prædicta sacrorum Rituum congregatione editum apostolica Nostra auctoritate, tenore præsentium literarum, iterum adprobamus, et confirmamus, illique apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Confirmatio

§. 4. Decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, ac illis plenissime suffragari, et ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter ob-

Clausula sublata et decretum irritans.

servari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem harum ut literarum exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ alicujus in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem omnino fides in iudicio, et extra, quæ ipsis originalibus adhibeatur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die vicesima nona aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

Dat. die
5o aprilis
1796
anno XXI.

MLXI

Confirmatur decretum a concilio hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani editum.

Dilecto filio magno magistro
hospitalis sancti Joannis
Hierosolymitani

Pius pp. VI

Dilecte fili Noster salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. **N**uper tuo nomine Nobis expositum fuit, quod alias nempe die tertia mensis novembris anni millesimi septingentesimi nonagesimi quinti, quo in hisce miserimis temporibus, in quibus ob hodiernas regni Galliarum perturbationes redditus communis aerarii istius hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani valde imminuti sunt, acceptum cum expenso in ipsius hospitalis exhibitionem, et sustentationem admodum necessario æquatur, a te, et a dilectis filiis consilio dicti hospitalis nonnulli fratres milites ejusdem hospitalis expresse professi fuerunt delegati, qui perpenso iudicio, prout res postulabat, quid in tanta rerum ambage agendum esset,

consulerent: quorum sententiæ cum omnes suffragati sitis, inde probatum est decretum tenoris, qui sequitur.

Tenor decreti.

§. 2. Die vicesima nona mensis februarii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto ab incarnatione. Essendo stata letta la relazione dei reverendi commissarij deputati li 5. novembre prossimo passato del tenore seguente, cioè.

Altezza eminentissima,
e sagro consiglio.

Per disimpegno della commissione, di cui si degnarono onorarci l'altezza vostra eminentissima e questo sagro consiglio di equilibrare l'esito all'introito del pubblico erario, nel mentre portiamo tutta la nostra maggior attenzione a minore in quanto sia possibile le pubbliche spese, abbiamo creduto ancora doveroso di non perdere di vista l'aumento dell'introito, che senza allontanarci dalle massime fondamentali della nostra costituzione si potrebbe stabilire: poichè accrescendo da una parte li proventi, e diminuendo dall'altra le spese, è indubitatamente il mezzo più sicuro di pervenire al desiderato fine di bilanciare l'esito all'introito.

Il primo oggetto che ci si presentò, fu l'introito del mortorio, e vacante che le nostre leggi stabilirono a favore del comun tesoro, accordandogli per tutto questo tempo gl'intieri frutti delle dignità e commende, che fossero in questo caso, colla distinzione però, che in quanto a quelle vacante per rassegna, o privazione si prescrive che il mortorio, e vacante sia di due anni intieri; ma rispetto alle altre, che per morte del possessore, od altro motivo vacassero, il mortorio non è che la rata del giorno della morte a tutto il dì trenta aprile sequente, e sebbene il vacante sia sempre di un anno, cioè non ostante la maggiore, o minore durata del mortorio ad anno comune reca la differenza di un quarto intiero di questa rendita, che per le sole cinque lingue d'Italia, Aragona, Inghilterra, e Baviera, Alemagna, Castiglia, e Portogallo rileva la somma annuale di ventisette mila scudi: a vista di che duoque stimiamo, che senza avere riguardo al titolo per cui si trovi vacante la dignità, o commenda si debba stabilire per regola generale, che il mortorio, e vacante sia sempre di due anni intieri, da percepirsi però nel modo seguente.

Seguita la morte di qualsisia dignitario o commendatario il comun tesoro entrerà nel possesso della dignità, o commenda, e ne goderà secondo il solito intieramente i frutti sino a tutto il dì trenta aprile sequente, e poi per un anno per ragione del vacante secondo l'attuale disposizione de' nostri stabilimenti; al dì primo maggio poi seguente entrerebbe nel possesso, e godimento de' frutti della dignità, o commenda il nuovo provisto, il quale però sarà tenuto nello stesso primo anno di rendita, ed al più tardi colle responsioni della prima annata di pagare l'importo di quei mesi, e giorni, che nel mortorio goduto già dal comun tesoro mancavano per compirsi il tempo di un anno; ed in tal guisa il tesoro averebbe il profitto prefissoci di due intiere annate, senza punto alterare nel resto il sistema statutario.

Il proposto stabilimento rispetto alle dignità, e commende cadute in mortorio, e vacante deve pure servire di regola per quelle che venissero a vacare in risuita della smntizione di quelle, a favore però del dignitario, e commendatario rassegnante, dimodochè vacata una dignità, o commenda della rendita di quattro mila scudi, se chi l'ottenne per compimento dell'annata del mortorio ebbe a pagare la rata di tre mesi, o siano mille scudi, avendo egli, per ottenere questa, rassegnata altra dignità, o commenda dell'annua rendita di due mila scudi, doverà ripetere dal suo successore scudi cinquecento, che è la rata che corrisponde ai tre mesi che averebbe dovuto averla goduta, secondo la massima ricevuta nel sagro ordine, che non si lascia rendita, senza prendere rendita.

Altro oggetto d'introito per il tesoro ci si presentò potersi stabilire sulle pensioni che si costituiscono dalli dignitarij, e commendatari a favore dei nostri fratelli, e sopra quelle che questi si trasferiscono tra loro o direttamente, o per mezzo di rinuncia che fanno in mano dell' eminentissimo gran maestro in occasione di donazione magistrale: riflettendo noi dunque, che le pensioni più privilegiate devono considerarsi quelle che costituisce l' eminentissimo gran maestro nell'atto di donazione di qualche commenda per sua grazia magistrale, siccome queste pagano un annata, è molto ragionevole che subiscano la stessa legge tutte l'altre pensioni, che non hanno un'origine così rispettabile. Le pensioni magistrali pagano

l'annata all' eminentissimo signor gran maestro; e le altre pensioni la pagherebbero al comun tesoro, a somiglianza di ciò che nei nostri stabilimenti si trova stabilito per le commende che conferiscono i priori delle quali l'annata si paga al comun tesoro. Questo provento sebbene non sia molto considerabile, ma al calcolo fatto sopra le pensioni costituite, o trasferite soltanto nelle sopradette cinque lingue in un decennio recherebbero al tesoro l'annuale rendita di cinque mila, e più scudi, quale attesa specialmente le attuali circostanze del publico erario; sembra non doversi trascurare, stimiamo perciò che eccettuati tutti quelli che fossero provisti dall' eminentissimo gran maestro di pensioni sulle commende, che conferisce per sua grazia magistrale, o sulle camere magistrali, o delle pensioni prese al commendatore in permuta della commenda o camera conferitagli, ogni altro pensionista dentro il termine di un anno da decorrere dal dì della collazione, o traslazione intieramente consumata, doverà al pari dei commendatarij provisti di grazia priorale pagare al comun tesoro un annata di frutto dell'ottenuta pensione, sotto pena della nullità della medesima, la quale s'incorporerebbe subito alla dignità, o commenda, su di cui si trovasse imposta, a condizione però, che il dignitario, o commendatore, a di cui beneficio ciò ridonderebbe pagasse subito al tesoro, perchè non ne restasse defraudato, l'annata dovuta dal pensionista sotto pena d'incapacità, come se fosse liquido debitore del tesoro. Se l' altezza vostra eminentissima, e sagro consiglio si degneranno approvare questo nostro sentimento, sarà necessario ordinarsi alla cancelleria di dare subito nota in tesoro di ogni nuovo pensionista, eccettuati solamente quelli, che nel modo di sopra indicato l'ottennero dall' eminentissimo gran maestro, e sottomessi intanto alle superiori determinazioni dell' altezza vostra eminentissima, e di questo sagro consiglio col più profondo rispetto siamo.

Dell' altezza vostra eminentissima
Umilissimi, devotissimi, obbedientissimi servitori, e religiosi ubbidientissimi

Le bafi de Montauroux gran commendatore

Il G. Cas. de Amposta Perez de Sarrio

Le bali Despenes

Il bali di Torino fra Nicola Frisari

Il bali fra Mariano de Cascaxaves

Bali Tommasi

Il bali luogotenente Torring.

Il conservatore convent. com.

Fra Federico Preynsing.

Sua altezza eminentissima, ed il sagro consiglio con lo scrutinio delle palle hanno approvato la suddetta relazione in tutte le sue parti ordinando l'esecuzione della medesima.

Confirmatio
apostolica.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo præinsertum decretum firmitus subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocínio communiri summopere desideres: Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur te, ac hospitale prædictum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, teque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolutum et absolutum fore censentes; supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi præinsertum decretum, ac omnia in eo contenta auctoritate Nostra apostolica confirmandi et approbandi, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiaciendi, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplendi, et servandi plenam et amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio con-
traciorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et foris, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis

in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXII.

Confirmatio privilegiorum concessorum a Pio pontifice IV. collegio artis medicæ, et philosophiæ universitatis Cæsenatensis.

Dat. die
6 maii
1796
anno XXII.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Nos alias ad preces dilectorum filiorum magistratus Cæsenatensis per Nostras in simili forma Brevis sub die ii. septembris transacti anni MDCCXCV. expeditas literas, quo jura, et privilegia collegii juristarum universitatis studii generalis civitatis, et patriæ Nostræ Cæsenatensis per plures Romanos pontifices prædecessores Nostros ei concessa sarta tecta servarentur, ac non obstantibus constitutionibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. pro archigymnasio Sapientiæ hujus almæ urbis sub plumbo iv. kalen. septembris anni MDCCXLIV., et Clementis pp. XIV. prædecessorum Nostrorum pro universitate Ferrariensi, sub die v. aprilis MDCCCLXXI. respective editis plenissime vigereat non solum jura, ac privilegia prædicta, auctoritate apostolica confirmavimus; verum etiam quidquid illis adversari poterat, sustulimus, atque abrogavimus, prout in memoratis Nostris literis uberius continetur.

Memorantur
præcedentes li-
teræ apostoli-
cæ ad rem istam.

§. 2. Cum autem sicut nuper pro parte dicti magistratus Nobis expositum fuit, privilegia quoque collegio artis medicæ, et philosophiæ ejusdem universitatis studii generalis Cæsenatensis a fel. rec. Pio pp. IV. prædecessore itidem Nostro per suas literas sub plumbo die xxiii. julii anni MDLXI.

Preces porro-
ctæ pro confir-
matione, pri-
vilegiorum.

datas amplissime concessa a multis pes-
sumduntur quo ea in suo robore in
ævum permaneant, memorati exponen-
tes per Nos pariter confirmari privile-
gia hujusmodi summopere desiderant;
Nobis propterea humiliter supplicari
fecerunt, ut in præmissis opportune
providere, ac ut infra indulgere de
benignitate apostolica dignaremur.

Confirmationis
teor.

§. 3. Nos igitur pro ea paterna
caritate, qua omnes Nobis, et Roma-
næ Ecclesiæ etiam in temporalibus sub-
ditos, præsentem vero concives Nostros
prosequi tenemur, quidquid in illorum
decrementum attentatur, avertere cu-
pientes, ac eorumdem exponentium
votis hac in re quantum cum Do-
mino possumus anuere, novisque,
ac specialibus favoribus, et gratiis pro-
sequi volentes, illorumque singulares per-
sonas a quibusvis excommunicationis,
suspensionis, et interdicti, aliisque ec-
clesiasticis sententiis, censuris, et pœ-
nis a jure, vel ab homine quavis oc-
casione, vel causa latis, si quibus quo-
modolibet innodata existunt, ad effe-
ctum præsentium dumtaxat consequen-
dum, harum serie absolventes, et abso-
lutas fore censentes, supplicationibus
hujusmodi inclinati, ac etiam motu
proprio, ex certa scientia, et matura
deliberatione Nostri, deque apostolicæ
potestatis plenitudine memoratas Pii IV.
prædecessoris Nostri literas, omniaque,
et singula in eis contenta tenore præ-
sentium auctoritate apostolica confir-
manus, et approbamus, illisque in-
violabilis ac irrefragabilis apostolicæ fir-
mitatis robor et munimen denuo adji-
cimus: quin immo motu, scientia, de-
liberatione, ac potestatis plenitudine si-
milibus omnia, et singula in eisdem
literis contenta iterum statuimus, con-
cedimus, et indulgemus.

Declarationes
speciales.

§. 4. Volentes præterea, et decla-
rantes, ut omnes qui ad doctoralem
gradum in medicina, ac philosophia in
universitate Cæsariensi fuerint pro-
moti, posteaquam tamen doctoratus
privilegium in archigymnasio hujus
almæ urbis, ac in aliis omnibus, et
singulis ditionis Nostre ecclesiasticæ
universitatibus iis, ad quos spectat, ex-
hibuerint, ea omnia, quæ ad artem
medicam, aut philosophiam quomodo-
libet spectare dignoscitur exercere, ac
petere, consequi, et obtinere libere,
ac licite possint, et valeant in omnibus,
et per omnia proinde ac si in ipsis
universitatibus studiorum generalium
lauream doctoralem suscepissent.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis
literas, et in eis contenta quæcumque
etiam ex eo quod quilibet in præmis-
sis jus, vel interesse habentes, seu ha-
bere quomodolibet prætendentes illis
non consenserint, nec ad eam vocati,
citati, auditi, neque causæ, propter quas
præsentis emanarunt adductæ, aut ve-
rificatæ, et justificatæ fuerint, aut qua-
vis alia causa, colore, et prætextu ullo
unquam tempore de subreptionis, vel
obreptionis, aut nullitatis vitio, seu in-
tentionis Nostre, aut interesse habentium
consensus, alioque quolibet etiam
substantiali defectu notari, impugari,
infringi, et retractari, sed semper fir-
mas, validas, et efficaces existere, et
fore, suosque plenarios, et integros
effectus sortiri, et obtinere, ac ab om-
nibus, ad quos spectat, et spectabit quo-
modolibet in futurum inviolabiliter
observari. Sicque in præmissis per quos-
cumque iudices ordinarios, et dele-
gatos etiam causarum palatii apostolici
auditores, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ
cardinales sublata eis, et eorum cuilibet
quavis aliter iudicandi, et interpre-
tandi facultate, et auctoritate iudicari,
et definiti debere, ac irritum, et inane,
si secus super his a quoquam quavis
auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tingit attentari.

Clavula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus
sit, memoratis Benedicti, et Clementis
prædecessorum literis, aliisque consti-
tutionibus, et ordinationibus aposto-
licis; privilegiis quoque, indultis, et
literis apostolicis in contrarium præmis-
sorum quomodolibet concessis, confir-
matis, et innovatis. Quibus omnibus, et
singulis illorum tenores præsentibus pro-
plene, et sufficienter expressis, ac de
verbo ad verbum insertis habentes illis
alias in suo robore permansuris ad præ-
missorum effectum hac vice dumtaxat
specialiter, et expresse derogamus, cæ-
terisque contrariis quibuscumque. Datum
Romæ apud sanctum Petrum sub annu-
lo piscatoris die sexta maii millesimo se-
ptingentesimo nonagesimo sexto, pon-
tificatus Nostri anno vicesimo secundo.

Derogatio con-
trariorum.



MLXIII.

Dat. die
3 Junii
1796
anno XXII.

Facultas nuncio Bavarizæ confirmandi conventionem inter ducem Bavarizæ, et præpositum præposituræ Berchstgadenensis nullius provinciæ Salisburgensis de ac super quibusdam fodiois salinariis ad dictam præposituram spectantibus stipulatam.

Venerabili fratri Æmygdio archiepiscopo Rhodiensi apud dilectissimum in Christo filium Nostrum Carolum Theoderum Bavarizæ ducem, et sacri Romani imperii principem electorem Palatinum Nostro, et apostolicæ Sedis nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Proemium.

§. 1. Decet Romanum pontificem in iis auctoritatis suæ partes libenter interponere, per quæ insignium ecclesiarum statui ad majorem Dei gloriam, divini que cultus augmentum firmiter, ac scite consulitur, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Theodori ducis Bavarizæ, et sacri Romani imperii principis electoris Palatini, nec non dilectorum filiorum modernæ præpositi præposituræ Berchstgadenensis nullius provinciæ Salisburgensis, et decani, ac canonicorum, et capituli ejusdem præposituralis ecclesiæ Berchstgadenensis, quod jam ab antiquis usque temporibus tum scilicet in præposituræ prædictæ fundatione, tum in pluribus concessionibus, quæ deinceps factæ fuerunt, quoddam territorium Montosum in illius dotem a pietate tunc Bavarizæ dominantium assignatum fuit; quodque cum uberrime deinde fodinæ salinariæ in dicto territorio prodierint, duces Bavarizæ suppeditatis sumptibus ad illas effodiendas, ac ad eum statum adducendas, ut illarum proventus duobus ab hinc sæculis maximum ejusdem præposituræ vectigal constituent, salis hujusmodi emptionem certo jam constituto pretio partim pecunia numerata, partim conventa, et pacta annona solvendo, sibi quasi private reservavit. Verum cum ex pluribus casibus territorium prædictum gravia damna passum sit, quæ ut repararetur, aliisque de causis

dicti præpositus, et capitulum grande, atque immodicum, viribusque mensæ præposituralis omnino impar æs alienum ad summam usque quingentorum mille florenorum circiter illius monetæ, vel cum ærario electorali, vel ab aliis subventoribus gravi fœnore contraxerint, quin aliqua spes affluat fore, ut illud tandem dissolvi poterit: immo quod maximum est, cum ex novissima visitatione a commissariis capitularibus, et electoralibus anno MDCCXCIV. peracta compertum sit, omnes illius tractus, cædvas sylvas ad quotidianum illarum usum adeo imminutas, et deteriores factas esse, ut ligna ad effodiendum salem prædictum necessaria brevi defectura sint; hinc, prius quam eadem præpositura ob vim æris alieni jam contracti, et in posterum contrahendi, cui solvendo non sit, vel etiã ob non solutas conventas usuras certo certius cadat, ac omnia sua bona creditoribus renuntiare, bonisque cedere cogatur, memoratus præpositus, ac capitulum ære suo putarunt contractum cum eodem Carolo Theodoro duce stipulare, quo ipse salvis antiquis Bavarizæ juribus, suorum prædecessorum liberalitatem, ac beneficentiam emulando non solum turbatam rei familiaris mensæ præposituralis administrationem restituit, verum etiam illam in eum statum adduxit, ut futuræ calamitates nullum, aut saltem minimum damnum illi inferre valerent: quamobrem sub die xvi. aprilis monachi ab eodem Carolo Theodoro duce xviii. aprilis MDCCXCV. Frisinga a præposito, canonicis, et capitulis prædictis solemniter stipulata, ac ratihabita fuit conventio, quo dux Bavarizæ auctis redditibus mensæ præposituralis, illaque ab ære alieno, quo præmebantur, exonerata, fodinarum salinariarum hujusmodi curam sibi suscepit. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat conventio hujusmodi, quod de re ecclesiastica agitur, stare hand possit, quin Nostra, et hujus sanctæ Sedis auctoritas hisce desuper intercedat: hinc quo eadem conventio firmiter subsistat, et exacte servetur memorati exponentes illam apostolicæ confirmationis patrocinio per Nos communiri summo pere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes et eorum singulares per-

Tenor concessionis.

sonas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos sere censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præseses committimus ac mandamus, ut constituto tibi de veritate narratorum, ac de utilitate contractus prædicti illum, ac omnia in eo contenta auctoritate Nostra apostolica confirmes, et approbes, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis rebus adicias, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, suppleas, et sanes.

§. 4. Decernentes has præsentis literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo ac felicis recordationis Pauli pp. II., aliorumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die tertia junii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXIV.

Dat. die
10 junii
1706
anno XXII.

Congregationi sancti Philippi Nerii loci de Monte Falco Spoletanæ diœcesis communicantur privilegia et indulgentiæ congregationum ejusdem sancti Philippi Nerii Bononiensis diœcesis et Nucerinæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Quoties a Nobis id petitur, quod ad divinum augendum cultum, animarumque Christifidelium salutem facilius procurandam accomodum esse dignoscitur, omnino Nos decet libenter concedere, et potentium desideriis congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri sæculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii de Monte Falco vulgo nuncupat. Spoletanæ diœcesis, quod eadem congregatio hodie, seu nuper a Nobis per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas literas confirmata, et nonnullis gratiis, indultis, et privilegiis decorata fuit, ipsiusque congregationis presbyteri sub eodem instituto ejusdem sancti Philippi Nerii, quod dilecti pariter filii presbyteri sæculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii Bononiensis in ecclesia beate Mariæ virginis de Galliera nuncupata, et in civitate Nucerna erectæ servant, hactenus vixerunt, et adhuc vivunt de præsentis. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, regulæ, et instituta dictæ congregationis Bononiensis a rec. mem. Gregorio XIII., et Gregorio XV., et inde congregationis Nucerinæ a felicis rec. Benedicto XIV. Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris specialiter approbata, ipsisque congregationibus Bononiensi, et Nucerinæ, ac illarum ecclesiis, presbyteris, et personis ab iisdem, et forsitan aliis Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris multa privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ et indulta concessa fuerunt, prout in ipsorum prædecessorum literis apostolicis desuper respectively uberius dicitur contineri: ipsi vero exponentes regulas, et indulta hujusmodi receperint, seu recipere, et illa pro viribus observare parati sint, ac proinde eisdem quoque privilegiis, et gratiis frui, et gaudere posse plurimum desiderant.

Clausula sublata et decretum irritans.

Derogatio contrarium.

Proemium.

Expositio præcedens.



Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-
nis.

§. 5. Nos igitur specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac prædictarum literarum apostolicarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatae congregationi sancti Philippi Nerii loci de Monte Falco nuncupati. Spoletanæ diœcesis, illiusque ecclesiæ, ac presbyteris sæcularibus, et personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, gratiis, indulgentiis, exemptionibus, regulis, et indultis memoratarum congregationum Bononiensis, et Nucerinæ, earumque ecclesiis, presbyteris, et personis per prædictos Romanos pontifices prædecessores Nostros quomodolibet concessis, etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, et quibus eadem congregationes Bononiensis, et Nucerina, earumque ecclesiæ, presbyteri, et personæ ipsorum prædecessorum Nostrorum concessione de præsentibus utantur, fruuntur, et gaudent, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulta hujusmodi, ipsi congregationi loci de Monte Falco nuncupati Spoletanæ diœcesis, ejusque ecclesiæ, presbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, sine præjudicio tamen gratiarum, indultorum, ac privilegiorum eidem congregationi loci de Monte Falco prædicti, ut præfertur, concessorum, et dummodo ipsius congregationis presbyteri, et personæ nunc et pro tempore existentes regulas, et instituta prædictis congregationibus Bononiensi, et Nucerinæ, ut præfertur, approbata observent, apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sub-
lata, et deore-
num irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit

Bull. Rom. Tom. X. F. 52.

in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio cen-
surarum.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ congregationis loci de Monte Falco nuncupati, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima junii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLXV.

Dat. die
10 Junii
1796
anno MXL.

Confirmatio erectionis congregationis presbyterorum Oratorii sancti Philippi Nerii facta in loco nuncupato Monte Falco Spoletanæ diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Injuncti Nobis per abundantiam divinæ gratiæ pastoralis officii sollicitudo postulat, ut ad ea, per quæ prospero illorum Christifidelium, qui Deo propius in religione, aut congregatione aliqua famulari susceperunt, statui, quoad Nobis integrum est, opportune consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout salubriter in Domino conspiciamus expedire.

Expositio præcæ.

§. 2. Cum itaque accepimus in loco de Monte Falco nuncupato Spoletanæ diœcesis congregatio presbyterorum, et clericorum sæcularium Oratorii sancti Philippi Nerii auctoritate ordinaria erecta et instituta sit, et eidem presbytero fidelium confessiones audire, ecclesiæ sacramenta ministrare, exortationes ad populum habere, infirmos visitare, ac alia pietatis, et charitatis opera, non sine notabili piarum animarum spiritali consolatione, divinique cultus augmento juxta pium eorum institutum exercere cupiant, et de præsentibus exerceant; pro erectionis autem, et institutionis hujusmodi subsistentia, et validitate plurimum cupiant illas apostolicæ Nostræ confirmationis robore communiti.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Nos presbyteros, et clericos præfatos, ut ad pia, et sacra opera hujusmodi exercenda promptiores reddantur, ac fructus, quos in vinea Domini plurimos hæcenus Domino attulerunt eosdem uberiores in posterum afferant, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendam harum serie absolventes, et absolutas fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, erectionem, et institutionem præfatas, quatenus illæ canonice factæ

fuerint, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiacimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui de super quomodolibet interveenerint, supplemus; et nihilominus in ipso loco de Monte Falco Spoletanæ diœcesis unam presbyterorum et secularium clericorum in illa pro tempore recipi volentium congregationem ad instar congregationis Oratorii hujusmodi in ecclesia sanctæ Mariæ in Vallicella, et Gregorii de urbe, dudum auctoritate apostolica erectæ, dummodo tamen presbyteri, et clerici hujusmodi ordinationes, et instituta domus dictæ congregationis Oratorii alias a fel. rec. Paulo papa V. prædecessore Nostro confirmata receperint, et illa pro viribus observare intendant, auctoritate, et tenore similibus etiam perpetuo erigimus, et instituimus.

§. 4. Ac nunc, et pro tempore existentibus præposito, et presbyteris, ac aliis ejusdem congregationis sic de novo erectæ, qui ab ordinario approbati fuerunt; ut confessiones quorumcumque ad eos accedentium, quocumque anni tempore audire, ac illis pœnitentiæ debita pro modo culpæ injuncta, et aliis injungendis injunctis absolutionem impendere salutarem possint, et valeant: sacerdotes vero in eadem congregatione recepti parochis, eorumque jurisdictioni minime subiaceant, et sibi ipsis invicem quæcumque sacramenta ecclesiastica quovis etiam paschatis resurrectionis Dominicæ tempore, vice, et loco parochi ministrare, superiores autem congregationes per præsentibus erectæ per se, vel aliam, seu alias ex ipsis jam approbatis, suos subditos (non tamen in casibus Sedi apostolicæ reservatis, neque in libris die cœnæ Domini legi solitis contentis) absolvere, illisque debitam pœnitentiæ similiter injungere iidem superiores receptos inobedientes, et ipsius congregationis constitutionum transgressores punire, et pœnitentiæ pro modo culpæ eorum arbitrio, servata in forma ordinationum, et institutionum hujusmodi afficere, si sibi videbitur cum consensu majoris partis dictæ congregationis culpabiles ejicere, inopato etiam, si ad hoc opus fuerit, auxilio brachii sæcularis libere, ac licite possint, et valeant auctoritate et tenore præsentis concedimus, et indulgemus. Ac demum quod congregatio per præsentibus erecta

Privilegia congregationi concessa.

sit, et perpetuo remaneat subjecta omnimodæ jurisdictioni episcopi Spoletani pro tempore existentis, qui tamen ordinationes, et instituta prædicta nullo modo mutare, et alterare possit similiter perpetuo statuimus, et ordinamus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Decernentes præsentis literas semper et perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, ac ab omnibus inviolabiliter observari; et ita per quoscumque iudices et commissarios quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Concessio indulgentiarum.

§. 6. Ac insuper, ut ecclesia congregationis sic erectæ in majori veneratione habeatur, et ab ipsis Christianidelibus congregationis frequentetur honoribus, alique presbyteri ad congregationem per præsentem erectam ingrediendam magis incitentur omnibus, et singulis presbyteris, et clericis, qui eandem congregationem de cætero ingrediantur, die primo eorum ingressus, si vere pœnitentes, et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint plenariam, ac ipsis nunc, et pro tempore existentibus presbyteris, et aliis conviventibus ejusdem congregationis in eorum mortis articulo nomen Jesu, corde, si ore nequierint, invocantibus etiam plenariam, nec non tam illis, quam aliis utriusque sexus Christianidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem congregationis per præsentem erectæ ecclesiam die festo principali dictæ congregationis per ipsos presbyteros semel tamen eligendo, et ab ordinario approbando a primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem etiam concedimus et elargimur. Nec non tam presbyteris, ac aliis ejusdem congregationis quoties pro exortationibus habendis convenerint, quam aliis utriusque sexus Christianidelibus eisdem exortationibus interessentibus decem annos, et qui ecclesiam prædictæ congregationis in quatuor aliis anni festis diebus per eosdem presbyteros semel tamen eligendis, et ab ordinario

Bull. Rom. Tom. X. F. 52.

approbandis a primis vespere usque ad occasum solis festorum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ut præfertur oraverint, septem annos, et totidem quadragenas; eisdem vero presbyteris, et aliis dictæ congregationis quoties divinis officiis in sua ecclesia, seu oratorio more dictæ congregationis celebrandis, aut congregationibus publicis, vel secretis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, aut infirmos consolati fuerint, vel sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, aut conscientiam suam antequam cubitum eant, examinaverint, seu flagellis ad carnem castigandam se afflixerint, vel quinquies orationem Dominicam, et toties salutationem angelicam tam pro animabus presbyterorum, et aliorum dictæ congregationis, quam aliorum in Christi charitate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut quodcumque pietatis, vel charitatis opus exercuerint toties pro quolibet prædictorum operum exercitatio sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

§. 7. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de gratiis ad instar non concedendis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, statutis, legibus, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici

Fides habenda transumptis.

subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima junii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXVI.

Dat die
11 junii
1796
anno XXII.

Confraternitati Nostræ Dominæ de Corona Lisbonensis diocesis indulgetur, ut nuncupari possit de sanctissimo Sacramento.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio præ-
eum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii confratres confraternitatis Nostræ Dominæ de Corona nuncupatæ, in ecclesia conventus de Cabregas fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum extra muros civitatis Lisbonensis canonice, ut asseritur, erectæ ob suam erga divinum Eucharistiæ sacramentum incensum studium, quo ipsi flagrant, titulum confraternitatis sanctissimi Sacramenti per Nos eis conferri, ac indulgentias, et privilegia spiritualia, quibus cæteræ confraternitates sub titulo sanctissimi Sacramenti canonice erectæ utuntur, eis communicari, nec non ut insigniis, ac habitu rubri coloris uti, ac gestari possint, eis concedi summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pænis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut dicta confraternitas de cætero confraternitas sanctissimi Sacramenti nuncupetur, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, eique omnes indulgentias, et privilegia spiritualia, quatenus revocata non

sint, quibus cæteræ confraternitates sub titulo, et denominatione sanctissimi Sacramenti erectæ fruuntur, et gaudent, auctoritate et tenore prædictis indulgemus: ac tandem ut confratres dicte confraternitatis perpetuis futuris temporibus insignia, et habitum rubri coloris, aliarum confraternitatum sanctissimi Sacramenti in quibusvis functionibus, et actibus publicis, et privatis sive in ecclesia prædicta, sive extra illam, et ubique locorum gerere, ac gestare libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

§. 3. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-
lata et decre-
tum irritum.

§. 4. Non obstantibus cancellariæ Nostræ apostolicæ regula de indulgentiis ad instar non concedendis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima prima junii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

Derogatio con-
trariorum.



MLXVII.

Dat. die
14 Junii
1796
anno XXII.

Instantibus superioribus monasteriorum ordinis sancti Pauli primi eremite Poloniæ existentium, attenta difficultate habendi presbyteros sæculares, qui curam animarum gerant in ecclesiis parochialibus de jure patronatu dictorum monasteriorum conceditur, ut deinceps superiores prædicti ad curam animarum hujusmodi suos monachos locorum ordinarii nominare, ac præsentare possint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio præ-
sentis.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Julianus Kowalski monachus expresse professus ordinis sancti Pauli primi eremite, ac procurator monasteriorum sui ordinis Poloniæ, quod intra latifundiorum ad aliqua ex dictis monasteriis spectantium ambitum nonnullæ ecclesiæ parochiales de suo jure patronatu erectæ reperiuntur, quarum cura habitualis, quamvis, ut asseritur, sit penes superiores monasteriorum hujusmodi, cura tamen actualis jamdiu per presbyteros sæculares locorum ordinarii ab eisdem superioribus nominatos, et præsentatos geri consuevit: verum quia interdum, ac novissimis etiam temporibus factum est, ut nonnulli presbyteri sæculares, quibus, ut præfertur, cura animarum in dictis ecclesiis parochialibus incumbere, alia beneficia ecclesiastica residentialia consequi debita sedulitate, ac diligentia postmodum illam administrare nequiverint; quocirca superiores prædictorum monasteriorum ad præcavendum spirituale damnum, quod exinde Christifidelibus suis sudditis creabatur, ob penuriam presbyterorum sæcularium in illis partibus, qui ad manus hujusmodi fungendum idonei essent aliquos ex suis monasteriis monachos in cooperatores ad curam animarum gerendam delegare omnino tenentur: dum curati omnia fere suorum beneficiorum emolumenta lucrantur: Nobis propterea memoratus exponens humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasti-

cis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, quod modernis earundem parochialium ecclesiarum curatis quodcumque cedentibus, vel decedentibus, aut alias curam animarum hujusmodi dimittentibus, vel amittentibus, seu illis qualitercumque ex illorum personis vacantibus in posterum, ac perpetuis futuris temporibus superiores eorundem monasteriorum pro tempore existentes ad curam animarum in parochialibus ecclesiis prædictis gerendam monachos dicti ordinis expresse professos ad id idoneos servatis alias servandis, locorum ordinariis, aut ad tempus, aut ad vitam præsentare, ac nominare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, et declaramus, ac respective concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non quateans opus sit, ordinis, et monasteriorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et in-

Clausula sub-
lata, et deere-
tum irritans.

Derogatio con-
trariarum.

Ysidor concessio-
nis.

novatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXVIII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Leonardii a Portu Mauritio.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**ccliam Christi, quam is adeo dilexit, pro qua se ipsum, teste apostolo, tradidit, illam ut sanctificaret, esse perpetuo sanctam, nemo in controversiam vocare possit, quin magno impietatis scelere se adliget. Non priorum igitur aetatum fuit solum ea innocentiae, et eximiae virtutis laus, qua Dei sponsa gentibus luceret, qua vel uoa cuncti illam agnoscerent, suspicerent, ad eam allicerentur. Nostra quoque memoria, suorum eam filiorum sancti mores præclare admodum commendant, et orant, quos ipsa nimirum genuit, eduxit, aluit, informavit; quos sinu gremioque suo complexa semper tenuit.

§. 2. Hos inter Nos ipsi, quum florentiori essemus aetate, Dei servum Leonardum a Portu Mauritio novimus; quod certe animo repetentes ingenti afficimur lætitia et voluptate. Nam ille, quum adolescentulus Romam, tamquam in sanctitatis disciplinam venisset, ejusque facilius, et celerius adsequendæ studio, fratribus minoribus divi Francisci, qui reformati appellantur sacri recessus divi Bonaventuræ, heic se aggregasset, brevis evasit, ut cum excellens cultor ipse sanctitatis, tum aliis vero innumeris illius auctor, et magister optimas esset, quibus profiteri omnino posset; perinde ut olim Paulus: imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Per magna Ita-

liæ pars hujus rei testis est, quæ illum cernere videtur sibi adhuc, et audire fulgurantem, tonantem, permiscentemque vehementi, et inflammata oratione animos frequentissimæ concionis, deducentemque illos, exemplo suo non minus, quam voce, ad christianam virtutem omnem amplectendam. Hæc vero civitas, quæ illum e pueritia vix egressum accepit, quæ ad optimas eum artes, et ad tantam excellentiam erudivit, ubi ille diutius, quam uspiam commoratus est, quo festinavit reverti, inde ut laxatus corporis vinculis in calum evolare, ea, præ cæteris, illius memoriam jucundissimam retinet: crebris illum celebrat sermonibus, vitæque ejus perfectissimæ rationem, et institutum, ipsumque oris, et corporis habitum recordans, eos iterum excitari sentit pietatis ignes, quos sibi ille subjecerat.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum processibus de apostolicæ Sedis licentia confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus eundem servum Dei Leonardum a Portu Mauritio multipliciter claruisse, nec non miraculis, quæ ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserbantur; eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse quodcumque Nobis videretur, prædictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indulgiis.

§. 4. Hinc est, quod Nos totius antedicti ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia, et reformatorum nuncupatorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de supradictæ congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus, ut idem Dei servus Leonardus a Portu Mauritio in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquæ venerationi fidelium (non tamen in processibus circumferendæ) exponantur: imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die ab ordinariis, et ordinis prædicti præsidibus, ad quos spectat, designanda recitetur officium, et missa de communi confessoris non pontificis cum orationibus propriis a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, ac missalis Romani.

Judicium sacre congregationis Rituum super ejus ritibus.

Beatificatio

Dat. die
14 junii
1796
anno XXII.

Procinium.

Laudes servi Dei.

Concessio missæ, et officii proprii.

§. 5. Porro recitationem officii, et missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus in toto ordine fratrum minorum sancti Francisci de observantia, et reformatorum nuacupatorum, in civitate, et dioecesi Albinganensi, in qua natus est, et ex gratia speciali etiam in civitate, et dioecesi Florentina, ab omnibus utriusque sexus christifidelibus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Præterea primo dumtaxat anno a datis hisce Nostris literis, et quoad Indias a die, quo eadem literæ illuc pervenerint, inchoando in ecclesiis ordinis, civitatum, et diocesium antedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario constituta, postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die xix currentis mensis junii, et anni pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut eandem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii dictæ congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo præfecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta junii, millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

IN FESTO

BEATI LEONARDI

A PORTU MAURITIO

CONFESSORIS

Missionarii apostolici ordini s. Francisci strictioris observantiæ sacri recessus s. Bonaventuræ Urbis.

Oratio

§. 7. Deus, qui beatum Leonardum confessorem tuum evangelicæ prædicationis, et singularis pœnitentiæ gratia decorasti; concede propitiis, ut ejus inhærentes monitis, et exempla sectantes præmia consequamur æterna. Per Dominum etc.

Orationes in festo beati recitandæ.

Secreta

Hæc munera, Deus vere misericors, fragilitati nostræ auxilientur, et secundum divitias gratiæ tuæ fiant nobis pignora gloriæ sempiternæ. Per Dominum etc.

Postcommunio

Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quæsumus Domine, meritis beati Leonardii confessoris tui; et quos divinis alimentis recreasti, fac, ipso intercedente, usque in finem tua protectione munitos. Per Dominum etc.

DECRETUM

ROMANA, SEU ALBIGANENSIS

§. 8. Sanctissimus Dominus Noster Pius sextus pont. max. ad humillimas preces fr. Josephi Mariæ a Masserano postulantis causæ venerabilis servi Dei Leonardii a Portu Mauritio sacerdotis professi ordinis s. Francisci strictioris observantiæ sacri recessus s. Bonaventuræ Urbis, provinciæ Romanæ, ac missionarii apostolici, referente r. p. d. Hieronymo Napulionio fidei promotore, suprascriptas orationes ab eminentissimo et reverendissimo domino cardinalis Archinto episcopo Sabinensi sacrorum Rituum congregationi præfecto, et a præ-

Confirmatio apostolica.

fato promotore fidei, meque infrascripto secretario revisas, in missa solemniter celebranda in basilica Vaticana pro beatificatione ejusdem venerabilis servi Dei recitari posse concessit.

Die prima junii MDCCXCVI.

J. card. Archintus praefectus.

Loco ✕ signi

D. Coppola S. R. C. secretarius.

MLXIX.

Stat. die
8 julii
1796
anno XXII.

Instante cœtu provinciali Romandiolaë Ravennae coacto tribuitur facultas hypothecandi bona ecclesiastica, ut a patriis vel exteris subventoribus necessariam pecuniæ summam, aut mutentur, aut in fœnore sumant ad solvendam contributionem nuper toti exarchatui Ravennatensi a Gallicarum copiarum imperantibus indictam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Facile concessio.

§. 1. Gravia quidem sunt, et non parvo moerore lugenda, quæ per totam quasi ditionem Nostram ecclesiasticam a Gallicis copiis nuper perpetrata sunt. Nam ipsi non Nostros solum comitatum Bononiensem, ac ducatum Ferrariensem hostiliter occuparunt, et adhuc occupant: verum etiam totum exarchatum, seu provinciam Nostram Ravennatensem tanquam agrum hostilem incursarunt, atque inter cætera eas imposuerunt contributiones, et tributa, quæ eadem provincia vix tolerare potest. Quocirca publici civitatum, et locorum dicti exarchatus, seu provincie representantes in cœtum Ravennæ coacti cum ob publicam pecuniæ numeratæ inopiam hanc unam præsto esse posse rationem intellexerint, quomodo indicto tributo satisficiant, ut nempe opportunam, ac necessariam summam ad certum tempus, et in causam prædictam erogandam domi, vel foris aut mutens, aut eo minori, quo fieri potest, fœnore, hypothecatis tum pro sorte principali, tum pro interusuriis solvendis laicorum non solum, sed etiam ecclesiasticorum, et locorum piorum dictæ provincie bonis sumant. Nobis propterea

humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur ob sinceram eisdem exarchatus, seu provincie Ravennatensis in Nos, et apostolicam Sedem fidem, et devotionem jugiter demonstratam eosdem exponentes condignis gratiæ, et beneficentiæ Nostræ favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujusmodi rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, venerabili fratri Antonio archiepiscopo Ravennatensi per præsentem committimus et mandamus, ut eisdem exponentibus, opportunam, ac necessariam summam prædictam ad certum tempus, et in supradictam dumtaxat causam erogandam, vel a patriis, vel ab exteris subventoribus aut mutuari, aut etiam minori fœnore, quo fieri poterit, sumere, hypothecatis tum pro sorte principali, tum pro interusuriis solvendis bonis laicorum non solum, sed etiam ecclesiasticarum tum sæcularium, tum regularium, aliorumque locorum piorum exarchatus, seu provincie hujusmodi, ea hypotheca, quæ sit omnium privilegiatissima, cæterasque omnes etiam dotales, quantumvis speciales, et privilegiatas vincat, absque ullius censuræ ecclesiasticæ, aut pœnæ incursu libere, ac licite possiat, et valeant auctoritate Nostra apostolica plenam et amplam facultatem tribuat, et impertiatum tenore præsentium plenam, et amplam facultatem tribuimus, et impertimur.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas etiam ex eo, quod interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, seu vocati, et auditi, neque causæ propter quas præsentem emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, excogitato, et substantiali, sive etiam ex eo, quod in iisdem solemnitas, aut quævis alia servanda, et adimplenda servata, et adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante etiam in capite juris

Tenor concessio.

Clausula sublata, et deinde irritans.

clauso, sive enormis, vel enormissimæ, et totalis læsionis, et quovis alio prætextu, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, et privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aut aliud quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, aut impetrato quemque in iudicio, vel extra illud uti, aut se jvari posse, sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Pauli pp. II., et aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quorumcumque ordinum regularium etiam mendicantium et congregationum, locorumque piorum prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava julii, millesimo septingen-

tesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXX.

Monialibus monasterii de Santarem Lisbonensis indulgetur, ut omnibus privilegiis et gratiis spiritualibus tertii ordinis s. Francisci uti possint.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ abbatissa, seu priorissa, ac moniales cappuccinæ recollectæ nuncupatæ regii conservatorii Nostræ Dominæ Innocentium de Santarem Lisbonensis diocesis tertii ordinis sancti Francisci de poenitentia nuncupati quod alias, et ab ipsa conservatorii hujusmodi fundatione regimini, et jurisdictioni tertii ordinis sæcularium sancti Francisci in conventu fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum erecti subjectæ erant: eaque propter omnibus, et singulis gratiis, privilegiis, ac indultis spiritualibus, quibus dictus ordo fratrum minorum sancti Francisci utebatur, ipsæ quoque fruebantur, et gaudebant. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, novissime a quovis regimine, ac unione dicto tertio ordini sancti Francisci fuerint exemptæ, et segregatæ, atque innovatis suis constitutionibus, jurisdictioni, correctioni, et administrationi venerabilis fratris patriarchæ Lisbonensis pro tempore existentis subjectæ, ac memoratæ exponentes nihilominus indultis, gratiis, et privilegiis spiritualibus prædictis uti posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, monialibus regii conservatorii prædicti, ut omni-

Dat. die
18 julii
1796
anno XXI.

Expositio præsum.

Tenor concessiois.

Derogatio derogatorum.

bus, et singulis privilegiis, gratiis, et indultis spiritualibus, quibus ante segregationem, separationem, et dismembrationem hujusmodi utebantur, fruebantur, et gaudebant, pari modo nuac, et futuris perpetuis temporibus uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia perinde, ac si adhuc eidem ordini unitæ, ac subjectæ essent, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

§. 3. Decernentes has præsentis Nostras literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
stitutionum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, ordinis, et conservatorii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vice-simo secundo.

MLXXI.

Datum die
29 julii
1796
anno XXII.

Confirmatio instituti Camaldulensis observandi in monasterio sanctæ Catharinæ civitatis Foroliviensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ abbatissa, et moniales monasterii s. Catharinæ civitatis Nostræ Foroliviensis, quod quamvis monasterium hujusmodi suas peculiare haberet constitutiones, et statuta, ad quæ moniales prædictæ suæ vitæ institutum conformabant, dirigebantque, multis tamen rationabilibus de causis major pars earumdem sanctionum anno MDCCLXIX. regulam, atque institutum monialium ordinis s. Benedicti congregationis Camaldulensis in manibus tunc existentis episcopi Foroliviensis professæ sunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo apostolica auctoritate tam officia propria sanctorum ordinis, et congregationis prædicti recitari, quam gratiis spiritualibus, et indulgentiis ordini, et congregationi prædictis a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostri, ac alias concessis uti, et frui ab iisdem exponentibus possint, præsertim cum tres ex quinque monialibus dicti monasterii, quibus antiquum vitæ genus, et institutum retinere placuit, jam supremum suum obierint diem, ac duæ superextantes Camaldulense institutum ante sui obitum amplecti promptæ sint, per Nos eidem monasterio dictam Benedictinam Camaldulense institutum confirmari memoratæ exponentes summo-pere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio gre-
cum.

§. 2. Nos igitur easdem exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illarumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negociis, et consultationibus episcoporum, et regularium

Tenor conces-
sionis.

præpositorum consilio supplicationibus hujusmodi inclinati memoratum Camaldulense institutum eidem monasterio sanctæ Catharinæ a dictis sanctimonialibus, ut præfertur, professum autoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui in illius introductione, ac professione quomodolibet intervenerint, supplementis, nec illud quocumque titulo, prætextu, causa, aut quæsito colore a quovis in posterum, ac perpetuis futuris temporibus variari, ac mutari posse declaramus, salva tamen ejusdem congregationis auctoritate.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus, sortiri et obtinere, ac illis, ad quod spectat, et pro tempore quocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xxix. julii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLXXII.

Dat. die
9 augusti
1506
anno XLII.

Concessio indulgentiæ assequendæ ab eis, qui interfuerint orationi quadraginta horarum in ecclesiis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentibus literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Ad augendum fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac s. communionem refectis, qui orationi quadraginta horarum continuatarum, non autem nisi noctis tempore interpolatarum de licentia ordinariorum respective locorum in ecclesiis, in quibus per dilectos filios fratres ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum tempore quadragesimali verbum Dei prædicari, et sermones fieri contigerit, in palmarum vel alia dominica; aut die ad hoc magis opportuna instituendæ, per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Tenor concessionis.

§. 2. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si alia similis indulgentia christifidelibus præmissa in dictis ecclesiis peragenda concessa fuerit, et ad tempus nondum elapsum duratura, illa revocata sit, prout per præsentibus apostolica auctoritate revocamus; utque si pro impositione, propositione, adnotatione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, seu procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo

Conditiones adnexæ, et si des habenda transumptis.

piscatoris die nona augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXXIII.

Dat. die
9 augusti
1796
anno XXII.

Concessio indulgentiæ assequendæ ab eis, qui intervenerint orationi quadraginta horarum in ecclesiis fratrum ordinis minorum sancti Francisci cappuccinorum in provinciis Galliarum, et Hispaniarum.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentibus literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis.

§. 1. **A**d augendum fidelium religionem, et animarum salutem celestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui orationi quadraginta horarum continuarum, non autem nisi noctis tempore interpolatarum de licentia ordinariorum respective locorum in ecclesiis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum in provinciis tum Galliarum, tum Hispaniarum existentibus, semel in anno tantum et respective instituendæ per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Conditiones adnexæ, et fi-
des habenda
transumptis.

§. 2. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si alias Christifidelibus in quocumque alio anni die præmissa in aliqua ex dictis ecclesiis peragenda aliqua alia indulgentia similis perpetuo; vel ad tempus nondum elapsam duratura concessa fuerit, illa revocata sit, prout per præsentibus apostolica auctoritate revocamus; utque si pro impositione, propositione, admonitione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nulla sint, utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, in quo alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel pro-

curatoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXXIV.

Dat. die
9 augusti
1796
anno XXII.

Concessio indulgentiæ assequendæ ab eis, qui interfuerint missionibus dandis a fratribus ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentibus literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis.

§. 1. **C**ælestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impertimur, quos pro sua in Deum, et proximos charitate, et christianæ religionis zelo animarum salutem omni studio procurare intelligimus, quo in genere cum ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum advocatorum religiosos habeamus, eosque in primis, quos dilecti filii eorundem fratrum superiores ob hanc causam hoc ipso, et sequentibus annis in diversas christianæ reipublicæ provincias mittere constituerunt. Nos sæpe eorundem religiosorum pietatem, ac operam, illorumque, ad quos mittendi erunt, religionem et devotionem spiritualibus gratiis cofovere, atque augere cupientes, supplicationibus dilecti filii moderni ministri generalis ejusdem ordinis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piamque superiorum prædictorum deliberationem, quantum cum Domino possumus, promovere volentes, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis religiosis dicti ordinis, ad missiones in quibusvis locis de ordinariorum licentia respective exercendas in futurum mittendis, ubi tamen non erunt missionarii congregationis de Propaganda Fide, et aliis utriusque sexus Christifidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram et apostolicam benedictionem per præsentibus impertimur, nec non eisdem vere pæ-

nitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui missionibus prædictis pro tempore habendis pie, ac devote interfuerint, ac pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, principum christianorum unione, infidelium conversione, hæresum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino auctoritate apostolica tenore præsentium una vice dumtaxat pro unaquaque missione de ordinariorum locorum respective faciendi concedimus et elargimur.

Hortatio ad ordinarios pro publicatione literarum, et fides habenda transumptis.

§. 2. Hortantes venerabiles fratres patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, et alios ecclesiarum Dei prælatos, et rectores, ac verbi Dei prædicatores, ut in suis quibuscumque ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentem literas, ac omnia in eis contenta publicent, ac publicari faciant, ac omnem eisdem religiosi favorem, et auxilia in præmissis præstent. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, administratione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentem nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, vel personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die nona augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLXXV.

Dat. die
9 augusti
1796
anno XXII.

Collegio doctorum civitatis Tiferni instante confirmatur privilegium ei alias concessum, ut supra veste talari induere possint doctores eidem aggregati vestem pelliciam cinericeæ coloris ad instar mantelletæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Decet Romanum pontificem Proemium.
Christifideles sibi, et apostolicæ Sedi etiam in temporalibus subditos, quos in fide, ac sincera devotione, aliisque virtutum meritis sibi præsertim devinctos cognoscit, hos ex sua, et ejusdem apostolicæ Sedis benignitate novis honoribus, ac beneficiis cumulare, quo ipsi in suo obsequio magis magisque persistent, et eorum exemplo alii ad similia promerenda premia inducantur, prout in Domino salubriter expedire conspicit.

§. 2. Exponi siquidem Nobis Expositio præcæm.
per fecerunt dilecti filii collegium doctorum civitatis Nostræ Tiferni, quod alias a fel. rec. Paulo papa V. prædecessore Nostro per suas in simili forma Brevis anno millesimo sexcentesimo undecimo expeditas literas inter cætera privilegia, quibus in erectione ejusdem collegii illud honestavit, ei quoque concessit, ut quamdam vestem pelliciam cinericeæ coloris veluti quamdam mantelletam super veste talari, quæ apud aliquos varo occupatur, induere, ac in omnibus, et singulis actibus tam publicis, quam privatis gestare libere, ac licite possent. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quamvis pluribus scripturis, ac documentis authenticis apud publicum archivium registratis concessio hujusmodi luculenter comprobetur, quod tamen apostolicæ literæ præfatæ deperditæ fuerunt, ne temporis progressu tam insignie privilegiam in desuetudinem abeat: Nobis propterea memorati exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes Tenor concessionis.
specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint,

hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dictum privilegium collegio doctorum civitatis Nostræ Tiferni, ut præfertur, alias apostolica auctoritate concessum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis firmitatis robor adiuicimus, et quatenus opus sit, ut omnes, et singuli doctores dicto collegio aggregati, atque adscripti perpetuis futuris temporibus vestem pelliciam cinericeæ coloris ad instar cujusdam mantelleæ, quæ apud aliquos varo nuncupatur, super veste talari in quibusvis actibus collegii, et functionibus tum publicis, tum privatis induere, atque respective gerere libere, ac licite possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis de novo concedimus, et indulgemus.

Clausula salutaris, et urgentes.

§. 4. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis, quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLXXVI.

Das. die
12 augusti
1796
anno XIII

Moderantur litere apostolicæ xix. junii MDCCLXXXVII. pro congregatione Hispana ordinis Carthusiani.

Venerabili fratri Philippo archiepiscopo Pergensi, Nostro, et Sedis apostolicæ apud carissimum in Christo filium Nostrum Carolum Hispaniarum regem catholicum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater, salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **P**ostquam Nos alias per Nostras in simili forma Brevis sub die x. martii anni MDCCLXXXIV. expeditas literas ad preces claræ memoriæ Caroli III., dum vixit, Hispaniarum regis Catholici Nobis humiliter porrectas, prævia exemptione, et liberatione omnium monasteriorum, domuum, et græciarum monachorum ordinis Carthusiensis, in ditione eidem Carolo regi tunc subiecta consistentium, nec non personarum omnium a quavis subiectione, jurisdictione, correctione, obedientia, et visitatione prioris generalis, et capituli ordinis prædicti, eadem monasteria, domus, et græcias in novam congregationem Hispanam auctoritate Nostra apostolica ereximus cum pluribus facultatibus, et indulgiis, subinde per alias Nostras in simili pariter forma Brevis sub die decima nona junii anni MDCCLXXXVII. expeditas literas non solum dilectum filium Nostrum Hippolytum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum cardinalem Vincenti nuncupatam tunc archiepiscopum Corinthiensem, ac apud eundem Carolum regem catholicum apostolici nuncii munere fungentem in præsentem primæ capituli generalis sic noviter erectæ congregationis Hispanæ dicti ordinis Carthusiani deputavimus: verum etiam plura, atque plura, vel ad methodum in sessionibus, et actis capitularibus tunc, et perpetuis futuris temporibus circa vicarii generalis, aliorumque superiorum generalium, et localium dictæ congregationis electionem, vel ad rectam ejusdem congregationis, suorumque capitularium directionem respicientia fuerunt a Nobis præscripta, ita tamen ut quoties ex usu, ut non raro in rebus humanis evenire solet, constasset, quædam inter hæc eidem congregationi minus apta, vel etiam non adeo clara ir-

Memorantur
providentiæ
captæ in literis
apostolicis
datis ad diem
10 martii 1796
et 19 junii
ejusdem anni.

repsisse, fas esset eidem congregationi a Nobis, ac ab apostolica Sede opportuna remedia postulare, prout in memoratis Nostris literis uberius continetur.

Ratio concessio- nis.

§. 2. Et quidem quamvis in primo capitulo generali dictæ congregationis, præside memorato nuncio apostolico, mense julii anni MDCCLXXXIX. habito, omnia juxta earumdem Nostrarum literarum dispositiones et statuta tranquille, ac quiete transacta sint, ac deinde etiam statuta imposterum ab eadem congregatione servanda fuerint collecta, quod tamen tempore, et usu postmodum compertum est, non omnia, quæ in memoratis Nostris anno MDCCLXXXVII expeditis literis fuerunt disposita, æque utilia eidem congregationi esse, ac fore: Nobis propterea carissimus in Christo filius Noster Carolus earumdem Hispaniarum rex catholicus dicti Caroli III. regis parentis sui vestigiis insistens humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Deputatio commissarii apostolici pro decernenda moderatione præcedentium literarum.

§. 3. Nos igitur ejusdem Caroli regis catholici votis quantum cum Domino possumus annuere, ac congregationem prædictam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et omnes ac singulares illorum personas, quarum interest, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore cœnentes, memoratas Nostras in simili forma Brevis, ut præfertur, die decima nona mensis junii MDCCLXXXVII. expeditas literas pro plene, ac sufficienter, ac de verbo ad verbum insertas habentes, de dilecti filii Nostri Francisci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Carafa nuncupati, congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium episcoporum, et regularium consultationibus præpositorum præfecti consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, consilio, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, ac mandamus, ut auctoritate Nostra apostolica constituas.

I.

§. 4. Ut quamvis per memoratas Nostras literas præscribatur, ut in singula quadriennia capitulum generale convocetur, in posterum tamen nisi septimo quoque anno capitulum hujusmodi habeatur.

Tenor declarationum emittendarum a commissario apostolico.

II.

§. 5. Ut absoluto capitulo generali definitorum dictæ congregationis omnibus, et singulis facultatibus utatur, quas constitutiones, et statuta dicti ordinis priori generali Gratianopolitano extra capitulum concedunt.

De facultatibus definitoribus concedendis.

III.

§. 6. Ut visitatio vicarii generalis a memoratis Nostris literis præscripta bis imposterum sine secretario generali, ac cum defensore suæ, aut alterius provinciæ in singula septennia suscipiatur, utque visitationem hujusmodi vicarius generalis pro suo arbitrio, et prudentia duobus solis monachis suæ, aut alterius provinciæ dictæ congregationis, qui vel actu sint, vel prius fuerint officiales generales, atque ob religionis zelum, rerum usum, et experientiam omnino in Domino commendabiles sint, committere possit.

De visitatione a vicario generali facienda.

IV.

§. 7. Ut ad secretarium generalem, qui post hac, neque a vicario generali, neque a dictis duobus monachis delegatis in socium visitationis adscisci poterit, sed semper apud definitorium residet, dum alter ex definitoribus, aut ob susceptam visitationem absens erit, aut aliter detineatur, quin in definitorio suffragium ferre possit, jus suffragii hujusmodi devolvetur.

De residentia secretarii generalis præfinitenda.

V.

§. 8. Ut absente vicario generali, definitorium generale nisi ea, quæ parvi momenti erant, de consilio tamen ipsius vicarii generalis, dummodo non ea sint, quibus nulla mora adhiberi potest, decidere, ac definire valeat, immo definitorium, absente vicario generali, nunquam decretorum ob eodem vicario generali in actu visitationis latorum cognitionem suscipiet: in gradu autem appellationis ab aliquo monacho, aut monasterio interpositæ nisi post ipsius

De facultatibus definitorio generali concedendis absente vicario generali.

vicarii generalis reditum: si quid porro absente vicario generali a definitorio generali decernendum erit, aut ad aliquam electionem procedendum tunc res definita hand erit, nisi tres ex quatuor definitoribus, aut omnes, si numero minores sint, ei suffragentur.

VI.

De forma electionis superiorum statuenda.

§. 9. Ut posthac electio priorum aut aliorum superiorum localium non a cujusque monasterii familia, prout in memoratis Nostris literis fuerat prescriptum, sed ad formam statutorum ordinis Carthusiani a felicis recordationis Innocentio pp. XI. prædecessore Nostro confirmatorum erit facienda, ac definitorium generale hujus Hispanæ congregationis eisdem juribus, ac facultatibus hisce desuper utatur, quæ prior generalis Gratianopolitanus, aut capitulum Gallicanum, aut suum definitorium positum est, nisi tamen prioratus, per mortem, aut per abdicationem prioris pro tempore existentis annuente definitorio generali, quæ tamen non sit annualis a statuto prescripta, vacaverit; tunc siquidem, ac in hisce dumtaxat duobus casibus intra spatium viginti dierum integrum erit cujusque monasterii familie declarare definitorio an velit sibi novam priorem eligere, aut ab actu hujusmodi se abstinere, servata semper, aut constitutionum dicti ordinis, aut earundem Nostrarum literarum forma; quod si post quater inita comitia nemo fuerit electus, ille censeatur in priorem cooptatus, cui major pars suffragata erit, et in suffragiorum paritate professione antiquior, et in æquali antiquitate a vicario generali designatus, cui quidem vicario generali non in hoc solum casu, sed etiam in cæteris omnibus actibus definitorialibus, aut electivis, ubi neque sit suffragiorum paritas, aut rerum ambiguitas, competet jus definitionis.

VII.

De abdicationibus a definitorio generali recipiendis.

§. 10. Ut liceat definitorio generali cujuslibet definitoris, aut prioris, aut officialis generalis spontaneam abdicationem ex legitima causa acceptare.

VIII.

De facultate confirmandi priores eidem definitorio tribuenda.

§. 11. Ut quamvis in Nostris toties memoratis literis statuatur, ut priores nisi per triennium suis respective muneribus fungantur, quo elapso officia

sua deponant, ac nisi post aliud triennium ad eadem officia religi possint, deinceps tamen fas erit definitorio generali eos pro suo libitu, et prudentia in sua officia confirmare, aut reelegi, etiam non elapso triennio prædicto, non servata itidem ætate pro vicariis, magistris novitorum, et procuratoribus præscripta; sat enim erit ad formam apostolicarum constitutionum, ut posthac vicarii, et magistri novitorum trigessimum quintum suæ ætatis annum, et decimum quintam professionis; procuratores vero ætatem in prioribus requisitam exegerint.

IX.

§. 12. Ut non obstante quavis eandem Nostrarum literarum dispositione, in posterum vicarius generalis, et definitores, et secretarius generales sua officia deponentes in priores eligi poterunt.

De emendatione articuli super officio prioris.

X.

§. 13. Ut in futuris capitulis generalibus eadem forma, qua vicarius generalis, duo designentur monachi, qui sub nuncupatione primi, et secundi substituti eveniente obitu intra septennium, vel vicarii generalis, tunc primus substitutus, hocque etiam defuncto, secundus substitutus in demortui locum gradatim succedant, usque ad septennii exitum, quorum tamen nomina nisi in suis respective casibus semper latebunt: si porro utrique substituti hujusmodi intra septennium prædictum suum supremum cluserint diem, tunc eveniente obitu vel vicarii generalis, vel ultimi superstitis, quæ per dictas literas prescribuntur, erunt servanda, ita tamen ut pro primo biennio primi tres anni cum dimidio censendi sint.

De præficienda electione successorum vicarii generalis defuncti.

XI.

§. 14. Ut in futurorum capitulorum generalium præsentem vicarium generalem, qui ab officio exiit imposteorum constituas.

De presidente capituli generalis eligenda.

XII.

§. 15. Ut cuique vicario generali ac definitorio deinceps permittatur optio monasterii pro sua residentia, durante suo septennio, ac pro celebratione proximi futuri capituli generalis.

De optatione vicario concedenda.

XIII.

De iurisdictione nuncii apostolici in quæstionibus dirimendis.

§. 16. Ut si aliqua difficultas, aut dubitatio circa statuta, aut alia huiusmodi sic postulet, horum inappellabilis interpretatio, ac definitio ad te, aut ad Nostrum, ac apostolicæ Sedis pro tempore existentem apud reges catholicos nuncium spectet, salvo tamen semper in iis, quæ majoris momenti sunt, ad Sedem apostolicam recursu; quamobrem tibi, ac nuncio pro tempore existenti prædicto omnem, et quancumque difficultates, et dubitationes huiusmodi interpretandi, decidendi, et definiendi, nec non honores, et prærogativas, ac privilegia alicui dictæ congregationis aliam a dicto definitorio sic exigentibus suis meritis, concessa, quæ nisi per raro juxta dicti ordinis constitutiones permitti hortamur, confirmandi opportunitatem, et necessariam facultatem, auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus et impertimur.

XIV.

De æqualitate officialium constitucnda.

§. 17. Ut declares definitorium generale, et quemlibet illius officialem, nisi suum officium, aut infirma validitas secus postulet, tum cultu, ac viciu, tum regulari observantia, vita communi, choro, cæterisque ecclesiasticis functionibus, cæteris monachis inferioribus omnino æquiparari. Quapropter nemini illorum fas erit apud se peculiū, salva itineris causa, retinere, sed secretarius generalis depositarius erit non peculii solum cuiusque officialis definitorii generalis, sed pecuniarum etiam, quæ a monasteriis dictæ congregationis pro exhibitione curiæ generalis in singulos annos exiguntur, quæ quidem taxatio nunquam alicui ex dictis monasteriis ex eo augenda erit, quod unus, aut alter ex officialibus generalibus in eo professionem regularem emiserit; secretarius porro generalis dati, et accepti rationem eidem definitorio exhibere tenebitur, ac vicarius generalis, ipse secretarius generalis, et procurator generalis hisce desuper iisdem facultatibus, ac etiam aliquando majoribus utantur, quas priores, ac procuratores in suo cuiusque monasterio habent, servata tamen debita proportione inter officia majora, et inferiora.

XV.

De subrogatione demortui definitoris in-

§. 18. Ut tandem quæ circa subrogationem novi definitoris in locum

Bull. Rom. Tom. X. F. 52.

demortui intra quadriennium a memoratis Nostris literis statuta sunt, eadem serventur, si intra septennium deficiat, quod itidem erit exequendum si ob mortem intra septennium vicarii generalis, et duorum substitutorum, definitore generalis in locum ultimi defuncti sufficiens sit. Demum tibi injungimus, ut præfatas Nostras in omnibus, et singulis, in quibus præsentibus minime adversantur, earumque tenores, et in eis contenta quæcumque, auctoritate Nostra prædicta confirmes, illisque perpetuæ, et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicias.

tra quadriennium.

§. 19. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere; ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostris apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari et definituri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 20. Non obstantibus quatenus opus sit memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostris anno vicesimo secundo.

Derogatio eontrariorum.

Dat. die
30 augusti
1796
anno XXXII

MLXXVII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Joannis
de Ribera patriarchæ Antiocheno, et
archiepiscopo Valentino.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Pronotium.

§. 1. **B**enedictus Dominus Noster
Jesus Christus refugium, et virtus No-
stra, qui inter plurimas tribulationes,
quæ in hisce difficillimis reipublicæ
christianæ temporibus undique invenerunt
Nos nimis, consolationibus suis spiri-
tualibus non lætificare identidem non
desinit. Non multis siquidem ab hinc
diebus summo cum gaudio beato Leo-
nardo a Portu Mauritio, quo, dum
adhuc in minoribus essemus, familia-
riter usi sumus, propter eximias atque
heroicas suas virtutes altarium hono-
res decrevimus. Hodie non minori in-
timo animi Nostri sensu omnibus pari-
ter Christifidelibus, præsertim vero iis,
qui ad sacra ministeria vocati sunt,
novum sacerdotalis vitæ non solum, sed
etiam pastoralis sollicitudinis, et vigilan-
tiæ exemplar in Dei servo Joanne de
Ribera patriarcha Antiocheno, et ar-
chiepiscopo Valentino ad æmulandum,
imitandumque proponimus.

Laudes vene-
rabilis servi
Dei.

§. 2. Nunc quidem temporis, in
quo multi falsi prophetæ venerunt ad
Nos in vestimentis ovium, intrinsecus
autem sunt lupi rapaces. Is enim con-
tra, cum usque ab infantia sua semper
Deum timuerit, et mandata ejus ser-
vaverit, vel in domo esset paterna, vel
in universitate Salmanticensi, ob suo-
rum morum integritatem, ac in dies
percrebescentem suarum virtutum fa-
mam, a sanctissimo prædecessore No-
stro s. Pio pp. V. etiam priusquam æta-
tem a recentissime absoluto Tridentino
concilio præscriptam exegisset, ecclesie
Pacensi præfectus statim talem se epi-
scopum exhibuit, quales apostolus omnes
omnino episcopos esse desiderat. Quam-
obrem cum tanquam lucerna, quæ
super candelabrum posita lucet omni-
bus, qui in domo sunt, ipse inter cæ-
teros Hispaniarum episcopos micasset,
vacatis paulo post patriarchatu Antio-
cheno, et archiepiscopatu Valentino
memoratus Pius prædecessor, postulatis
cla. mem. Philippi II. regis catholici
annuens, non dignitate solum patriar-
chali illum auxit, sed etiam ad cleri,
populique Valentini utilitatem, atque ad

veterem pie sancteque vivendi discipli-
nam in illa diocesi promovendam, vel
etiam, quatenus opus esset, revocandam
hujus archiepiscopalis ecclesie curam, ac
regimen illi, quamvis summopere re-
luctanti, commisit. Qua quidem in
administratione veluti si ex nova dignitate
ad pastorem suam sollicitudinem novi
stimuli adici possent, ita se gessit, ut
factus omnibus omnia magis magisque,
et in sustentandis pauperibus largum, et
in curandis viduis, et pupillis assiduum,
et in cæteris omnibus paterne in viam
salutis æternæ dirigendis promptum us-
que ad extremum suæ vitæ spiritum se
præstitit.

§. 3. Quocirca cum mature, dili-
genterque discussis, atque perpensis
per congregationem venerabilium fra-
trum Nostrorum S. R. E. cardinalium
sacris ritibus præpositorum processibus
de apostolicæ Sedis licentia confectis
super vitæ sanctitate, et virtutibus tam
theologicis, quam moralibus in gradu
heroico, quibus eundem servum Dei
Joannem de Ribera multipliciter cla-
ruisse, nec non miraculis, quæ ad
ejus intercessionem, et ad manifestan-
dam hominibus ipsius sanctitatem a Deo
patrata fuisse asserebantur; eadem con-
gregatio coram Nobis constituta, audi-
tis etiam consultorum suffragiis, uno
spiritu, unaque voce censuerit, posse,
quandocumque Nobis videretur, præ-
dictum Dei servum beatum declarari
cum consuetis indulgis.

Judicium de
illis virtuti-
bus et miracu-
lis editum a
s. congregatione
de Rituum.

§. 4. Hinc est, quod Nos piis,
atque eorum carissimi in Christo filii
No tri Caroli Hispaniarum regis catho-
lici, et quamplurium venerabilium fra-
trum Nostrorum archiepiscoporum, et
episcoporum Hispaniarum supplicatio-
nibus Nobis super hoc humiliter por-
rectis inclinati, de supradictæ congre-
gationis consilio, et assensu auctoritate
apostolica tenore præsentium indulge-
mus, ut idem Dei servus Joannes de
Ribera imposterum beati nomine nuncupetur,
eiusque corpus, et reliquie
venerationi fidelium (non tamen in
processionibus circumferendæ) expo-
nantur: imagines quoque radiis, seu
splendoribus exornentur, ac de eo quo-
tannis die ab ordinariis, ad quos spec-
tat, designanda recitetur officium, et
missa de communi confessoris pontifi-
cis, cum orationibus propriis a Nobis
approbatis, juxta rubricas breviarii, ac
missalis Romani.

Beatificatio.

§. 5. Porro recitationem officii, et
missæ celebrationem hujusmodi fieri
concedimus in civitate, et diocesi Hi-

Concessio offi-
cii, et missæ.

spalensi, in qua natus est, in civitate, et dioecesi Pacensi, in qua primum fuit episcopus, ac in civitate, et dioecesi Valentina, in qua usque ad extremum suae vitae spiritum fuit archiepiscopus, et ubi ad caelos evolavit, ejusque venerabile corpus requiescit, ab omnibus utriusque sexus christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur; et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce Nostris literis inchoando in ecclesiis civitatum, et dioecesium antedictarum solemniam beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario constituta, postquam in Basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemniam die xviii. proximi septembris currentis anni, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii dictae congregationis subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub anulo piscatoris die trigesima augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



IN FESTO

B. JOANNIS DE RIBERA

CONFESSORIS

Patriarchae Antiocheni,
et archiepiscopi Valentini

Oratio

§. 7. Deus, qui beatum Joannem confessorem, atque pontificem pastoralis sollicitudine, et divini sacramenti Corporis, et Sanguinis tui dilectione admirabilem effecisti; quaesumus, ut, ejus intercessione, redemptionis tuae fructus nos jugiter facias esse participes. Qui vivis etc.

Orationes in
ejus festo reci-
tandae.

Secreta

Illo nos igne, Domine, altari tuo intervenientes accendamus, quo b. Joannes confessor tuus, et pontifex haec peragendo aestuabat. Per Dominum etc.

Postcommunio

Sumpto, Domine, salutari mysterio, quaesumus, ut exemplo b. Joannis confessoris tui, atque pontificis in perpetua tantae dignationis recordatione maneamus. Per Dominum nostrum etc.

DECRETUM

VALENTINA.

§. 8. Sanctissimus Dominus Noster Pius Sextus pont. max. ad humillimas preces p. Vincentii Castrillo ex-generalis ordinis minimorum sancti Francisci de Paula, postulantis causae venerabilis servi Dei Joannis de Ribera patriarchae Antiocheni et archiepiscopi Valentini, referente r. p. d. Hieronymo Napulionio fidei promotore, suprascriptas orationes ab eodem et rmo d. card. Archinto episcopo Sabinen. sac. rit. congregationi praefecto, et a praefato promotore fidei revisas, in missa solemniter celebranda in Basilica Vaticana pro beatificatione ejusdem venerabilis servi Dei recitare posse concessit.

Approbatia
apostolica.

Die iii. augusti MDCCXCVI.

J. card. Archintus praefectus.

Loco ✕ sigilli

D. Coppola S. R. C. secretarius.

E 2

MLXXVIII.

Dat. die
30 augusti
1796
anno XXII.

Instante episcopo Oriolensi confirmatur decretum congregationis Rituum de recitando officio die decima sexta augusti cujuslibet anni cum missa ritu duplici minori in honorem sancti Rochi in civitate et diœcesi prædicta.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio pre-
cum, et ratio
concessionis.

§. 1. Quum, sicut venerabilis frater episcopus Oriolensis nuper exponi Nobis fecit, vehementer ipse cupiat, pro sua in sanctum Rochum pietate, ejus cultum apud se propagare, Nobis propterea humiliter supplicari fecit ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio te-
nor.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis sacrorum Rituum secretario; ut ab universo clero sæculari civitatis, et diœcesis Orioleasis, nec non a religiosis, et monialibus, utentibus calendario dicecæno, quotannis recitari ritu duplici: die xvi. augusti in honorem prædicti sancti officium cum missa de communi confessoris non pontificis, cum orationibus, et lectionibus secundi nocturni proprijs jam a fel. rec. Benedicto papæ XIV. prædecessore Nostro approbatis, pro ecclesijs archiconfraternitatum urbis, et civitatis Tusculanæ, Deo in honorem ejusdem sancti Rochi dicatis, libere, et licite possit, ac valeat; fixe tamen adsignato in posterum primo die non impedito pro officio sancti Hyacinthi, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio con-
troversiarum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, earundem civitatis, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegijs quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus,

et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXXIX.

Dat. die
15 septembris
1796
anno XXII.

Præfinitur, ut electores beneficiorum recipiant preces primarias porrectas, vel porrigendas ab imperatore Romanorum.

Dilectis filiis capitulis, et canonicis quarumcumque cathedralium etiam metropolitandarum, et collegiatarum ecclesiarum per sacrum Romanum imperium ubilibet existentium.

Pius PP. VI.

Dilecti filii salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum difficultates illæ, quæ alias circa preces, quas primarias vocant, subortæ fuerant, locum in præsens, benedicente Domino, non obtinuerint, nullumque propterea charissimo in Christo filio Nostro Francisco Romanorum regi, in imperatorem electo, pontificæ Nostræ benevolentie argumentum deesse velimus, id vobis nunc notum, et perspectum, dilecti filii, esse æquum ducimus, simulque vos admonere, ut eas preces, quas de cætero a dicto Francisco rege, sive vobis, sive alijs quibusvis collatoribus, seu collatricibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum per sacrum Romanum imperium ubilibet existentium, pro beneficiorum hujusmodi, cum primum illa vacaverint, collatione, servatis ta-

Tenor declara-
tionis.

men restrictionibus, et exceptionibus solitis, facienda, porrigi, seu exhiberi contigerit, omnino recipiendas, et admittendas esse noscatis. Hæc dum vobis, dilecti filii, significamus, minime veremur, quin illas pro filiali vestro in Nos studio debitæ executioni demandaturi sitis; vobisque interim cœlestium charismatum incrementa ex animo a Deo precamur, ac perpetuum paternæ charitatis Nostræ pignus apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Fides habenda
transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia septembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXXX.

Dat. die
16 septembris
1796
anno XXII.

Instantibus monachis monasterii Copriunicensis diœcesis Cracoviensis ordinis Cisterciensis confirmatur rescriptum congregationis episcoporum et regularium super unione bonorum ad mensam abbatis claustralis spectantium mensæ capitulari ejusdem monasterii faciendâ.

Venerabili fratri Laurentio archiepiscopo Thebarum legato apostolico Poloniæ commoranti.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio pre-
cum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii monachi monasterii Copriunicensis ordinis Cisterciensis Cracoviensis diœcesis, quo cum ob vices, quibus regnum Poloniæ novissimis hisce temporibus circum actum est, plura bona anni redditus sunt: quatuor mille circiter monetæ Romanæ a mensa capitulari dicti monasterii, ad quam spectabant sine spe reintegrationis sint avulsa; cum insuper ob factam anno MDCCLXXXII. temporariam divisionem bonorum inter mensas abbatis com-

mendatarii, et abbatis claustralis tertie partis huic assignatæ fructus vix ascendant ad annua scuta novem centena, qui nec pro quarta parte æquant summam deperditorum reddituum: cum demum ob insignia tributa, ac vectigalia, quibus præter sumptus ad restaurandam ecclesiam, et monasterium necessarios, reliqua bona tum mensæ abbatialis, tum mensæ capitularis gravantur, aliisque etiam gravissimis de causis fructus, et proventus utriusque mensæ impares omnino sint cultui, et exhibitioni tum abbatis claustralis, tum monachorum dicti monasterii; hinc memorati exponentes pro ipsius monasterii utilitate bona ad mensam abbatialem claustralem pertinentia mensæ capitulari dicti monasterii per Nos perpetuo uniri, nec non eis, ut post mortem moderni abbatis claustralis ejusdem monasterii in illius locum priorem triennalem ex alumniis dicti monasterii assumendum sibi eligere debere, ac licite possint, facultatem per Nos concedi summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium episcoporum, et regularium negotiis, et consultationibus præpositorum, qui hisce desuper tuam audierunt relationem, consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut constituto tibi prius de veritate narratorum, bona ad mensam abbatis claustralis quomodolibet spectantia, et pertinentia mensæ capitulari ejusdem monasterii Copriunicensis auctoritate Nostra apostolica unias, atque incorpores; utque unio, et incorporatio hujusmodi nisi in mortem moderni abbatis claustralis dicti monasterii perficiatur, statues, et declares: præterea tibi injungimus, ut eisdem exponentibus, dum per funus ejusdem moderni abbatis claustralis suum officium primum vacaverit, in illius locum deinceps, priorem triennalem ex ejusdem monasterii alum-

Tenor conces-
sionis.

nis ad instar monasteriorum Subjoventis, Vanhocensis, Obrensis, Paradismensis ejusdem ordinis, servatis servandis, eligere libere, ac licite possint, ac valeant, dicta auctoritate concedas: servata tamen semper ejusdem congregationis auctoritate.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac eisdem exponentibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, ac definiti debere; ac irritam, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinarum, et monasterii prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die decima sexta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLXXXI.

Dat. die
30 septembris
1796
anno XIII.

Confirmatur decretum congregationis Rituum, quo ratam habet electionem sanctæ Mariæ Magdalensæ pœnitentis in patronam principalem villæ de Arahal Hispalensis diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum pro dilectis filiis clero sæculari, et regulari, ac populo villæ de Arahal diœcesis Hispalensis factum est decretum, tenoris qui sequitur = Relatis ad sacram Rituum congregationem ab eisdem, et rmo domino cardinali De Somalia Urbis vicario humillimis precibus cleri sæcularis, et regularis, nec non populi villæ de Arahal diœcesis Hispalensis supplicantium pro confirmatione electionis sanctæ Mariæ Magdalensæ pœnitentis in patronam principalem ejusdem villæ; sacra eadem congregatio, comperiens hujusmodi electionem servatis servandis, et legitime factam fuisse, eandem confirmavit, et approbavit, atque festivitati sanctæ Mariæ Magdalensæ pœnitentis in patronam principalem electæ prærogativas omnes sanctorum protectorum principalem festis competentes attribuit, atque concessit. Die x. septembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto.

Tenor decreti editi a congregatione Rituum.

J. card. Archintus præfectus

Loco ✕ Signi

D. Coppola S. R. C. Secretarius

§. 2. Quum autem sicuti prædicti clerus sæcularis, et regularis, ac populus Nobis exponi curarunt, vehementer ipsi cupiant decreto illi confirmationem Nostram accedere; Nos specialem ipsis gratiam facere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum supra insertum auctoritate apostolica

Confirmatio decreti.

tenore præsentium literarum approbamus, et confirmamus, salva semper in præmissis auctoritate præfate congregationis cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere; ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus per his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die trigesima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXXXII.

Dat. die
1 octobris
1796
anno XXII.

Unio abbatiæ sanctorum Vincentii et Anastasii de urbe abbatiæ Sublacensis cum applicatione pensionis alias solutæ seminario Romano.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Memorantur beneficia collata pro decore Sublacensis abbatiæ sanctæ Scholasticæ nuncupatæ.

§. 1. Quod præcipue spectabamus in spirituali regimine monasterii abbatiæ nuncupati, sanctæ Scholasticæ ordinis sancti Benedicti nullius diœcesis in districtu urbis, dum inter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales cooptati, ejusdemque monasterii regimen, et administrationem eramus assequuti, et ad summi apostolatus apicem assumpti speciali devotione retinimus, animique Nostri nova benignitate reservavimus, illud semper erat ut sua in domo Domini sacri decoris dignitas effulgeret. Idcirco et magnificum construximus a fundamentis templum, et copiosa ipsum pretiosaque suppellectili instructum, ornatumque esse voluimus. Hoc expleto desiderio Nostro, statim edificandam

suscepimus vicariam cum adnexa cancellaria domum, non templo, neque seminario puerorum ecclesiastico conjunctam; at utrique proximam vastum illud abbatiale palatium, ut inhabitari posset prorsus renovavimus, commodumque ad ipsum ascensum molito per subtractiones clivo aperuimus. Porro talem invenimus veteris ejusdem monasterii, seminarii statum tam indigum non solum commodis, sed et necessariis habitaculis, ut novum multo amplius, atque ad omnes aptum opportunitates construere deberemus, quæ antea omnino deerat: bibliothecam in illo instructissimam posuimus, eamque ad publicum eorum usum, qui proficere in studiis vellent, patere decrevimus. Interim dum in oppido Nostro Sublaci abbatiale construeretur seminarium ne instituentæ juventuti locus ad immorandum deesset, opus fuit alias ædes conducere, easque ad multorum convictus formam constituere, quæ porro erant novo jam aperto seminario ad pristinam rationem restituendæ, ut propterea non mediocra requirerentur in tot mutandis, variandisque pro tempore rebus dispendia. His ita peractis fuit Nobis de jam constituti seminarii perpetua stabilitate cogitandum. Obversabatur animo quid venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, decretorum concilii Tridentini interpretum congregatio sub die vicesima quinta mensis januarii anni Domini millesimi septingentesimi quadragesimi noni, et deinde sub die sexta mensis decembris ejusdem anni in causa nullius Farsensis et sancti Salvatoris Majoris seminarii pro abbate commendatario earundem abbatiarum contra Romanum seminarium statuere censuit. Ab hoc nimirum contendebatur, ut sibi continuari deberet annua solutio scutorum centum quinquaginta monetæ Romanæ super dictis abbatibus imposita a felicitis recordationis Pio papa IV. prædecessore Nostro, utque ideo pro tempore existenti abbati commendatario monasterii abbatiæ nuncupati sanctæ Mariæ Farsensis ordinis ejusdem sancti Benedicti inhiaberetur proprii seminarii erectio controversiam hanc resolvit memorata eorundem venerabilium fratrum Nostrorum cardinalium congregatio pro Farsensi contra Romanum seminarium: ac tum agebatur de seminario erigendo non vero erecto, ut Sublacense seminarium, ab hinc annis centum et amplius subsistit. Tanto igitur potiori Nos possumus huic ipsi Sublacensi seminario attribuere annuam

pensionem, seu taxam biscentum quinquaginta scutorum pro seminario Puerorum ecclesiastico almæ urbis a prædicto Pio pp. IV. prædecessore Nostro impositam, et forsitan per alios Romanos pontifices prædecessores Nostros confirmatam ea sub conditione, seu onere retinendi ibidem tres alumnos e primodicti monasterii, subjectis locis originarios.

Revocatio pensionis solvendæ seminario Romano.

§. 2. Id circo motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolice potestatis plenitudine pensionem illam pro eodem almæ urbis seminario, seu taxam præfatorum biscentum, et quinquaginta scutorum monete prædictæ usque et de anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo tertio non solutam per præsentem Nostram, ex nunc prout ex tunc prorsus ac in perpetuum tollimus, atque abolemus, eandem transferimus, ac transfundimus in prædictam abbatiale seminario in supra dicto oppido Nostro Sublaci situm, et constitutum, omninoque volumus, ac iubemus, ut pro sublata et abolita habeatur, ex quo destitutum est ab ineunte scilicet mense maio supradicti anni millesimi septingentesimi septuagesimi tertii. mittere ad eundem almæ urbis seminario tres Sublacenses alumnos, qui ibidem alendi erant juxta memoratæ taxæ, seu pensionis rationem.

Novæ concessionis seminario Sublacensis

§. 3. Sed cum adhuc ejusdem seminario Sublacensis redditus pares esse non possint pro sumptibus alumnorum retinendorum, quorum numerus abbatiam locorum in celis respondeat, proque mercede magistrorum, præfectorum, aliorumque officialium, seu ministrorum parvas ædes, totamque domum conventualem ordinis sancti Francisci cum ei adnexa ecclesia sub titulo sancti Angeli prope Castrum Bojatis in territorio primodicti monasterii sit, in qua duo tantum presbyteri fratres ordinis minorum sancti Francisci conventualium nuncupati, cum uno fratre laico degebant, prævia ejusdem domus conventualis status, essentiæ, et dependentiæ regularium suppressione, illiusque a dicto ordine divisione, et separatione per alias Nostras in forma Brevis sub annulo piscatoris die xii. aprilis currentis anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti, expeditas literas eidem Sublacensi seminario concessimus, et assignavimus. Item aliud monasterium abbatiam nuncupatum olim congregationis regularis sancti Hieronymi de Fesulis etiam nuncupati sub regula sancti Augustini, nunc vero ad sæcularem

statum redactum sanctorum Vincentii, et Anastasii de urbe, quod sicut accepimus, bonæ memoriæ magister Alexander Mariscotti in commendam ad sui vitam ex concessione et dispensatione apostolicis, dum viveret, obtinebat, tertio dicti monasterii commenda, in quam illud ex simili concessione apostolica ad vitam obtineri consuevit, per obitum dicti magistri Alexandri, illius pariter, dum viveret, ultimi possessoris commendatarii, qui in Romana curia debitam naturæ persolvit, cessante adhuc eo quo ante commendam ipsam vacabat, modo vacaverit, et vacet ad præsens. Nos qui pro locorum piorum subsistentia, de qua satis solliciti sumus apostolice munificentia dona libenter impartimur, ac alias dicto Sublacensi seminario, ut præfertur, erecto, et instituto uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, et appropriationes hactenus forsitan factas, siquæ, sint, verumque et ultimum tertio dicti monasterii vacationis modum etiam si ex illo quævis generalis reservatio, et in corpore juris clausa subsit præsentibus pro expressis habentes, motu simili tertio dictum, monasterium sic, ut putatur, vacare cui cura non imminet animarum, ac cujus et illi forsitan annexorum fructus, redditus, et proventus biscentum viginti octo ducatorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annum, ut etiam accepimus, non excedat, super quibus pensio annua quadraginta ducatorum auri hujusmodi collegio dilectorum filiorum beneficiorum, et clericorum beneficiorum basilicæ sanctæ Mariæ Majoris de urbe apostolica auctoritate perpetuis futuris temporibus reservata reperitur, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentialiam mensæ abbatialis apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium perpetuo supprimimus, et extinguimus, omnesque, et singulos futuros redditus, et proventus, jura tam spiritualia, quam temporalia, obventiones et emolumenta universa, ad mensam abbatialem tertio dicti monasterii hujusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia, cujuscumque nominis et naturæ, speciei, et qualitatis, ac quantitatis existant, sine ulla prorsus exceptione, et reservatione eidem Sublacensi seminario, ita quod liceat illius rectori, præceptoribus, aliisque ministris pro tempore existentibus tertio dicti monasterii, ac annexorum juriumque, et pertinentiarum prædictorum cujuscumque qualitatis, quantita-

tis, ac etiam annui valoris existentium corporalem, realem, et actualem possessionem per se, vel alium, seu alios eorum prædicti Sublacensis seminarii nominibus propria auctoritate libere apprehendere et apprehensam perpetuo retinere: fructus quoque, redditus, et proventus, jura, obventiones, et emolumenta universa ex eo provenientia percipere, exigere, levare, arrendare, locare, dislocare, ac in prædicti Sublacensis, illiusque alumnorum, et ministrorum necessarios usus, et utilitatem convertere, supportatis tamen per prædictum Sublacense puerorum ecclesiasticum seminarium omnibus et singulis ad tertio dictum monasterium, seu abbatiam hujusmodi quomodolibet spectantibus oneribus, eadem apostolica auctoritate unimus, annectimus, et incorporamus. Volumus autem, ut constituta jam a Nobis intra ipsum seminarium bibliotheca auge-ri in posterum possit, utque in publicum semper pateat usum studiosorum; qua propter ducenta et quinquaginta monetae Romanæ scuta quotannis pendenda seminario Sublacensi ab illius pro tempore existente abbate commendatario alia adjungimus sexaginta scuta ejusdem monetae quotannis in manus pro tempore existenti abbate commendatario existentis canonici camerarii capituli sæcularis, et insignis collegiatae ecclesie sancti Andreae apostoli prædicti oppidi Nostri Sublaci ab eodem commendatario solvenda, quorum dimidia pars, nempe scuta triginta ejusdem monetae Romanæ in honorarium quolibet anno tribuatur bibliothecario, seu sæculari, seu regulari per ipsum commendatarium eligendo ex iis, qui et periti librorum, et amantes literarum sint, eo ipsi imposito onere, ut et bibliothecam custodiat, et aperiat quotidie, apertamque retineat, per tres matutinas horas, duasque pomeridianas, exceptis de præcepto festis diebus, et omnibus feriis quietatis, nec non et integro octobri mense; si vero contingat, ut bibliothecarius vel negligens in suo præstando officio detegatur, vel in sinistram ejus doctrina suspicionem venerit, demoveri tum ab officio per ipsum poterit, ac debet commendatarium. Alia triginta scuta, altera nempe pars scutorum sexaginta, ad comparandos quotannis impendantur libros, qui in bibliotheca desiderabantur, et quoties aliquod pluribus, seu rarioribus constans voluminibus corpus acquirendum erit, tunc duorum, vel plurium annorum colligetur summa, donec exæquet hujus corporis pretium, quod

Bull. Rom. Tom. X. F. 53.

habere plurimum intersit, sitque non ornamento solum bibliothecæ, sed et proficientium in studiis præsertim sacris utilitati, ut bibliorum, sanctorum patrum, ac utrorumque interpretum, nec non et theologorum, et canonistarum, neque tamen intendimus aliarum facultatum excludere volumina quæcumque ad ampliorem eruditionis, doctrinæque profectum conducere posse videantur, quos libros omnes ac volumina, statim ac comparata, acquisitaque erunt bibliothecarius in eum diligenter referat catalogum, quem in primo suo ad id munus ingressu receperit.

§. 4. Præsentes quoque literas ullo unquam tempore, ex quocumque capite vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, et circa ea quomodolibet ex quavis causa jus, vel interesse habentes, aut habere prætendentes illis non consenserint, nec ad id vocati, citati, et auditi fuerint, et causæ propter quas eadem præsentes literæ emanaverint, adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, vel alias quavis causa, vel quolibet alio quantumvis substantiali, substantialissimo, ac specificam, et individuum mentionem, et expressionem requirente defectu de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio notari, impugnari, invalidari, infringi, aut adversus eas quodcumque juris, vel facti remedium, aut aperiitionis oris, vel reductionis ad viam et terminos juris impetrari nunquam posse, sed semper firmas, validas, et efficaces esse, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere debere; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam palatii Nostri auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et autoritate, judicari, et defini-ri debere, et si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

§. 5. Non obstantibus Nostri, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et de exprimendo vero beneficiorum uniendorum valore, et de unionibus ad partes committendis vocatis, quorum interest, ac prædicta ejusdem Pii pp. IV. prædecessoris, et quibusvis aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; quibus omnibus et singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus expressa, et individua mentio habenda

Chausuke salu-
tares et irri-
tantes.

Derogatio con-
trariorum.

foret, eorum tenores præsentibus præ-
expressis habentes, illis alias in suo ro-
bore permansuris ad effectum validita-
tis, et perpetuæ præmissorum firmitati,
hac vice dumtaxat harum serie specialiter,
et expresse derogamus, cæterisque con-
trariis quibuscumque.

Sanctio poena-
lis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum
liceat hanc paginam Nostræ concessio-
nis, translationis, suppressionis, extin-
ctionis, unionis, annectionis, incorpo-
rationis, mandati, decreti derogationis,
et voluntatis infringere, vel ei ausu tem-
erario contraire. Si quis autem hoc
attentare præsumperit, indignationem
omnipotentis Dei, ac beatorum Petri,
et Pauli apostolorum ejus se noverit
incursum. Datum Romæ apud sanctam
Mariam Majorem anno incarnationis Do-
minicæ millesimo septingentesimo nona-
gesimo sexto, pridie kalendas octobris,
pontificatus Nostræ anno decimo secundo.

MLXXXIII.

Restitutio festorum
in ditione regis Sardiniaæ

Venerabilibus fratribus archiepiscopis,
episcopis, nec non dilectis filiis lo-
corum ordinariis ditionis citra mon-
tes carissimo in Christo filio Nostro
Carolo Emmanueli Sardiniaæ regi il-
lustri subiectæ.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres,
et dilecti filii salutem,
et apostolicam benedictionem

Memoratur
precedens fa-
cta revocatio
per literas 17
martii 1796.

§. 1. Nos alias per Nostras in si-
mili forma Brevis die decima septima
martii anni millesimi septingentesimi
nonagesimi sexti expeditas literas præ-
cibus claræ memorie Victorii Amadei,
dum vixit, Sardiniaæ regis illustris, No-
bis humiliter porrectis, justis, ac ratio-
nabilibus tunc existentibus de causis
annuentes, vobis remisimus, ut in
nonnullis tunc expressis diebus, in qui-
bus per totam citra montanam ditio-
nem eidem Victorio Amadeo subiec-
tam jampridem, ac ex veteri Ecclesiæ
instituto, atque disciplina Christiani fideles
sacris adesse, atque servilibus operibus
abstinerent, jejunium in eorundem die-
rum festorum vigiliis, quibus adne-
xum erat, custodire tenebantur, eos ab

hiscè oneribus auctoritate Nostra apo-
stolica eximeretis, eisque, ut in hisce
diebus laboriosis suarum artium exer-
citationibus, et servilibus operibus va-
care licite possent, eos etiam a qua-
cumque jejunii lege in diebus præce-
dentibus, vel a præcepto audiendi
missam absolvendo auctoritate prædi-
cta concederetis: ita tamen ut in eis-
dem abrogatis festis diebus sicut prius
officio, et missæ aut de vigilia, aut
de solemnitate currenti in ecclesiis es-
sent celebranda: sacrum vero jejunium
ad quartas, et sextas ferias adventus
esset transferendum, atque in die vi-
gesima nona mensis junii, præter so-
lemnitatem præcipuam sanctorum apo-
stolorum Petri, et Pauli, de aliis san-
ctis apostolis, ac in die vigesima sexta
mensis decembris ultra currentem so-
lemnitatem sancti Stephani protho-
martyris etiam de aliis sanctis martyri-
bus commemoratio respective addenda
esset, prout in memoratis Nostris lite-
ris uberius continetur.

§. 2. Cum autem pro parte caris-
simi in Christo filii Nostri Caroli Em-
manuelis humiliter expositum fuerit,
ipsum quam maxime exoptare, ut abro-
gati dies festi hujusmodi cum suis vi-
giliis in pristinum a Nobis restituantur:
atque insuper dies, in quo ab Ecclesia
universali festivitas beatæ Mariæ virgi-
nis septem dolorum agitur, in poste-
rum per universam suam ditionem
tamquam de præcepto servetur, ac of-
ficia, et missæ sub ritu duplici secun-
dæ classis, prout in die festo nativita-
tis beatæ Mariæ virginis celebretur.
Nobis propterea humiliter supplicari
fecit, ut in præmissis providere, et ut
infra indulgere de benignitate apo-
stolica dignaremur.

Preces porrec-
tæ a rege pro
restitutione fe-
storum, et vi-
giliarum.

§. 3. Nos igitur dum ipsius Caroli
Emmanuelis pietatem, ac religionem,
in quibus sui regni initia ponere cu-
rat, plurimum in Deo commendamus,
illius votis, quantum cum Domino pos-
sumus annuere volentes, supplicationi-
bus hujusmodi inclinati: fraternitati-
bus ac discretionibus vestris per præ-
sentes committimus, ac mandamus,
ut omnes abrogatos dies festos præ-
fatos cum suis vigiliis auctoritate No-
stra apostolica instauretis: utque tum
jejunii præceptum quartis, et sextis
feriis adventus vigore earundem No-
strarum literarum affixum, tum com-
memorationes omnium apostolorum a
die vicesima nona mensis junii, et
omnium sanctorum martyrum a die vi-
cesima sexta mensis decembris, ut præ-

Concessionis
tenor.

fertur, præscriptas eadem auctoritate tollatis, et abrogatis: utque omnia, quæ jampridem in diebus festis prædictis, atque antequam memoratæ Nostræ litteræ emanassent, servabantur, in posterum pariter retineri, et custodiri in omnibus et per omnia, perinde ac si imminutio festorum dierum hujusmodi concessa, et emanata non fuisset dicta auctoritate statuatis. Vobisque propterea injungimus, ut ab omnibus Christianifidelibus in ditione prædicta commorantibus, vobisque respective in spiritualibus subjectis in posterum diem festum, in quo ab Ecclesia festività beatæ Mariæ virginis septem dolorum agitur, veluti de præcepto servari, atque officia, et missas sub titulo duplici secundæ classis, quemadmodum in die nativitatis beatæ Mariæ virginis præscriptum, cautumque reperitur, celebrari eadem auctoritate edicatis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus memoratis Nostri litteris, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona novembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXXXIV.

Dat. die
9 novembris
1796
anno XXII.

Erectio confraternitatis sub titulo sanctissimi cordis Jesu in ecclesia fratrum Cappuccinorum oppidi civitatis nuncupati de Cuneo Montis Regalis diocesis provinciæ Taurinensis cum communicatione indulgentiarum alias ab apostolica Sede archiconfraternitati sub eodem titulo in ecclesia sancti Theodori de urbe erectæ concessarum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **P**astoris æterni, qui pro gregis salute in ara Crucis immolari voluit, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris pia Christianifidelium vota, divini cultus incrementum, et ipsorum fidelium salutem concernentia ad exauditionis gratiam admittimus, ut per operum piorum exercitium ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire mereantur.

Proemium.

§. 2. Cum itaque quam plurimi Christianifideles oppidi civitatis etiam nuncupati de Cuneo Montis Regalis diocesis provinciæ Taurinensis, sicut Nobis nuper humiliter exponi fecerunt, pro sua erga sacrum cor Jesu devotione, utque alios Christianifideles præsertim circa regionem Pedemontanam habitantes ad Jesu Christi Domini Nostri passionis meditationem, divinique cultus augmentum excitent, in ecclesia fratrum ordinis minorum s. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum ejusdem oppidi de Cuneo, obtento jam ad hoc eorundem fratrum Cappuccinorum consensu, unam eorundem utriusque sexus Christianifidelium confraternitatem, seu congregationem sub denominatione, seu titulo sacri Cordis Jesu per Nos erigi summopere desiderant. Nos piis eorundem exponentium desideriis hujusmodi benignè anuere, animarumque salutis paternæ charitate prospicere cupientes, supplicationibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis inclinati, in ecclesia prædicta ad altare, seu cappellam sub invocatione, seu titulo ejusdem Cordis Jesu inibi erectam unam utriusque sexus christifidelium confraternitatem seu congregationem sub titulo prædicto sine alicujus præjudicio, dummodo ordinarii loci ad id accedat assensus, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo erigimus, et instituimus. Nec

Expositio præsum.

non confratribus confraternitatis, seu congregationis hujusmodi pro tempore existentibus, ut processionaliter incedere, divina officia in sua cappella, vel oratorio recitare: ac pro negotiis ipsius confraternitatis, seu congregationis se congregare, quæcumque statuta, capitula, ordinationes, et decreta pro salubri eorum, et dictæ confraternitatis, seu congregationis regimine et directione necessaria, opportuna, licita tamen, ac honesta, et sacris canonibus, et concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non contraria per ordinarium loci examinanda, et approbanda facere, et edere, illaque pro tempore, prout eis videtur, et expediens fuerit, prævia tamen examinatione, et approbatione hujusmodi, mutare, alterare, corrigere, et in melius reformare: et insuper omnia, et singula legata relicta, res, et bona quomodolibet qualificata, mobilia, et immobilia per quoscumque christifideles dictæ confraternitati, seu congregationi per viam testamenti, donationis, aut alias quomodolibet pro tempore elargienda, et relinquenda recipere, illaque per eorum officiales, ac deputatos regere, gubernare, et administrare, ac in ipsius confraternitatis, seu congregationis, et eorum piorum operum usus convertere, ita tamen ut de receptis, et administratis per eos ordinario loci hujusmodi juxta decreta concilii Tridentini rationem reddere teneantur, libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate et tenore prædictis concedimus. Cum insuper exponentes prædicti omnibus, et singulis indulgentiis, peccatorum remissionibus, ac indulgentiarum relaxationibus archiconfraternitati sub eodem titulo in ecclesia sancti Theodori de urbe ab apostolica Sede jam alias concessis confraternitatem, seu congregationem prædictam sic per Nos erectam locupletari summopere desiderent.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos eorundem exponentium votis etiam hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annere volentes, ac ut confraternitas, seu congregatio prædicta majora in dies suscipiat incrementa, auctoritate Nobis a Domino tradita, deque omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui dictam confraternitatem, seu congregationem in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere pœnitentes, et confessi, sanctissimum eucharistiæ sacra-

mentum sumpserint plenariam, ac eidem confraternitati, seu congregationi nunc, et pro tempore adscribendis confratribus, et consororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere pœnitentes, et confessi, et sacra communionem refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint etiam plenariam: nec non iisdem pro tempore existentibus confratribus, et consororibus etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communionem refectis, qui prædictæ confraternitatis, seu congregationis cappellam, seu altare feria sexta immediate sequenti post octavam solemnitatis sanctissimi Corporis Christi a primis vespers usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam similiter; insuper eisdem confratribus, qui juxta institutum prædictæ archiconfraternitatis feria sexta cujuslibet hebdomadæ, si ab aliquo festo non sit impedita, sin minus alio die per dilectum filium priorem pro tempore existentem dictæ confraternitatis, seu congregationis designanda, quocumque tempore sive in hyeme inhoreante pluvia, ac cœno, aut in æstivis caloribus sacco, et fano induti, nudis pedibus, facieque contacta, eleemosynas collegerint, quæ regnis familiis quolibet mense distribuantur si vere pœnitentes, et confessi in una ex dictis feriis sextis cujuslibet mensis per unumquemque ex dictis confratribus ad sui libitum eligenda sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, ac ut supra oraverint, plenariam pariter semel dumtaxat quolibet anno omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino indulgemus. Præterea iisdem confratribus et consororibus vere pariter pœnitentibus, et sacra communionem refectis cappellam, seu altare hujusmodi in quatuor aliis anni feriatis, vel non feriatis, seu dominicis diebus per eisdem confratres semel tamen eligendis, et ab eodem ordinario approbandis, ut supra visitantibus, confratribusque, ac consororibus prædictis in reliquis feriis sextis totius anni præmissa peragentibus, et ut præfertur, orantibus quo die, et feria hujusmodi id egerint, septem annos, et totidem quadrageas: quoties vero missis, et aliis divinis officiis in ecclesia, seu cappella, vel oratorio hu-

jasmodi pro tempore celebrandis, et recitandis, seu congregationibus publicis, vel privatis ejusdem confraternitatis ubi vis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, nec non etiam qui corpora defunctorum tam confratrum, et consororum hujusmodi, ac quam aliorum ad sepulchram associaverint, aut quascumque processiones de licentia ordinarii faciendas, sanctissimumque Eucharistiæ sacramentum tam in processionibus, quam cum ad infirmos, aut alias quocumque, et quoadcumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, vel si impediti, campanæ ad id signo dato, semel orationem Dominicam, et salutationem angelicam dixerint, aut etiam quinquies orationem, et salutationem easdem pro animabus defunctorum confratrum, et consororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reducerint, et ignorantes præcepta Dei, et ea, quæ ad salutem sunt necessaria docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum exercitio sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes etiam animabus christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac lucē migraverint per modum suffragii applicari posse, in Domino impertimur. Iidem confratribus, et consoribus prædictis non in dicto oppido, sed et alibi aliquando moram trahentibus, ne absentes hujusmodi spiritualium gratiarum donis priventur, injunctis pro consecutione supradictarum indulgentiarum operibus adimpletis, propriamque respective ubique locorum parochialem ecclesiam præscriptis, ut supra, diebus pie visitantibus; infirmis vero, aliove legitimo impedimento deventis, qui alia pietatis opera, quæ pro viribus exercere poterunt, peragentibus, ac pias ad Deum preces effundentibus, ut omnes et singulas prædictas indulgentias consequi possint, et valeant indulgemus: in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque: præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 4. Volumus autem, ut si alias dictis confratribus, et consoribus præmissa peragentibus aliqua alia indulgentia similis perpetuo, vel ad tempus non-

Declaratio specialis.

dum elapsum duratura concessa fuerit, illa revocata sit, prout per præsentis apostolica auctoritate revocamus: utque si dicta confraternitas alicui archiconfraternitati aggregata jam sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniatur, vel etiam quomodolibet instituat, priores, et quævis aliæ litteræ apostolicæ illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso nullæ sint. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona novembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXXXV.

Dat. die
 2 decembris
 1796
 anno XXII.

Facultas beneficiatis parochialis ecclesiæ civitatis Victoriosæ Melitensis diœcesis gestandi rocchettum, et mozzettam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Dum singularem dilectorum filiorum beneficiatorum, seu cappellanorum matricis, ac parochialis ecclesiæ s. Laurentii in oppido civitate nuncupato Victoriosæ Melitensis diœcesis erga Nos, et hanc sanctam Sedem fidei constantiam, et eximiam devotionis affectum pensamus, dignum arbitramur, illorum petitionibus, quæ ad ipsius ecclesiæ splendorem augendum, divini que cultum magis magisque procurandum pertinere dignoscuntur, congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Ratio concessionis.

§. 2. Nos igitur eosdem beneficiatos, seu cappellanos specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis, ut omnes et singuli beneficiati seu cappellani pro tempore existentes dictæ parochialis ecclesiæ s. Laurentii oppidi civitatis nuncupati Victoriosæ Melitensis diœcesis perpetuis futuris temporibus rocchettum, et mozzettam coloris

Tenor concessionis.

violacei, parochus vero rocchettum cum cappa magna in quibusvis functionibus ecclesiasticis, in choro, et aliis actibus publicis, et privatis sive in dicta ecclesia, sive extra illam gerere, ac gestare libere, ac licite respective possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, iudicatis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda decembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLXXXVI.

Dat. die
9 decembris
1796
anno XXII.

Confirmatio erectionis domus pro orphanis et expositis in civitate Jacensi factæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Inter coetera onera, quibus Proemium. episcopale ministerium gravatur, pauperibus orphanis, atque expositis tenetur consulere: secus quippe per vicos, et plateas otiosi vagantes fidei, et religionis rudimenta plerumque igitur, atque tum in sui spirituales perniciem, tum in summum reipublicæ incommodum vitia in eis adolescent cum ætate. Quamobrem cum venerabilis frater Josephi Antonius episcopus Jacensis ad hanc quoque tam utilem, tamque proficuum provinciam suæ pastoralis sollicitudinis intuitum converterit: decet omnino Nos pro ea, qua universalis Ecclesiæ fungimur procuracione circa ea, quæ ab eo scienter, prudenterque disposita sunt, ut ad optatum perveniant effectum, apostolicæ Nostræ providentiæ, et auctoritatis partes interponere, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

§. 2. Nuper siquidem pro parte Expositio precum. carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici Nobis expositum fuit, quod alias memoratus Josephus Antonius episcopus in villa de Un-Castillo suæ Jacensis diœcesis satis amplam domum fundavit, in qua orphani pauperes, et expositi universæ suæ diœcesis erant alendi, et ad religionem, ac ad artes instituendi, atque ad hoc inceptum suum huiusmodi firmum ac ratum reddendum, solidandumque eandem domum cum omnibus adnexis in ipsius Caroli regis catholici patrocinium, et clientelam contulit. Quo porro illius exhibitioni, et sustentationi inævum prospiceret non solum quemdam hortum eidem domui contiguam proprio ære coemptum ei donavit: verum etiam suo, suorumque successorum in episcopatu Jacensi nomine domui prædictæ jus, quo ab immemorabili, ut asseritur, episcopi Jacenses utuntur, tum percipiendi fructus, ac redditus quarumcumque ecclesiarum parochialium vacantium intra limites antiquæ diœcesis Jacensis consistentium, sint eæ vel jure patronatu regio, vel ecclesiastico, vel laicali, vel etiam de ordinaria collatione a die va-

cationis usque dum noviter provisus suarum parochialis ecclesie possessionem adipiscatur, detracto dumtaxat congruo assignamento œconomœ vacantis ecclesie pro animarum curæ administratione deputato persolvendo, tum etiam jus percipiendi fructus, ac redditus unius solidi anni parochialium ecclesiarum locorum de Gordon, Undeces, Pintano, Loagas, Agnero, Lorbes, Gignes, Asò, nec non earum ecclesiarum parochialium villarum de Sobera, et Murillo de Gallezo, quæ in territorio de Valdonsella eidem ecclesie Jacensi perpetuo unite sitæ sunt, a die vacationis computandi, cum onere dumtaxat solvendi quotidie vel œconomœ vacantis ecclesie, vel novo rectori durante anno hujusmodi monetam illius regionis pezzetta nuncupatam, duos scilicet julios monetæ Romanæ propter cleemosynam juxta synodalem taxationem pro missarum celebratione in diebus festivis, irrevocabiliter cessit, haucque cessionem solemniter stipulatione obsignavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Carolus rex catholicus, quo tum fundatio dicte domus, tum illius cum omnibus suis adnexis donatio eidem Carolo regi catholico, tum demum cessio juris percipiendi fructus, ac redditus ecclesiarum parochialium vacantium antiquæ, et novæ diœcesis Jacensis mensæ episcopali Jacensi competentis, ut præfertur a dicto Josepho Antonio episcopo factæ et respective solemniter stipulatæ firmiter subsistant, et serventur exactius, apostolicæ firmitatis patrocinio communiti summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ejusdem Caroli regis catholici votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac memoratum Josephum Antonium episcopum a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fundationem, donationem, ac cessionem prædictas, atque omnia in eis contenta auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adificimus, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui

hisce desuper quomodolibet intervenierint, supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicut in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales, etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata et decretum irritum.

§. 5. Non obstantibus felicitis recordationis Pauli pp. II., aliorumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon dicte Jacensis ecclesie etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris, die nona decembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MLXXXVII.

Dat. die
9 decembris
1796
anno XXII.

Impositio tributi super bonis ecclesiasticis in ditione Januensi existentibus.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Præmium.

§. 1. Pastoralis sollicitudo ex abundantia divinæ misericordiæ Nobis commissa exigit, ut in hisce difficillimis reipublicæ christianæ temporibus, in quibus ab infestissimis hostibus etiam per Nostram Italiam omnia susdeque evertuntur, Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum exempla sectantes ea concedamus, quæ ipsi nisi urgentissimis de causis, et ob causam publicam permiserunt, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio præcui.

§. 2. Nuper siquidem dilectorum filiorum nobilium virorum ducis, et senatus reipublicæ Januensis nomine Nobis expositum fuit, quod cum ob terrimum bellum, quod vel in ditione sibi subiecta, vel in circumjectis regionibus geritur, publicum ærarium pene exhaustum, atque confectum sit, quo hisce publicis angustiis consulatur, aliud tributum imperare cogatur; quapropter cum publica calamitas sit in causa dicti tributi etiam ecclesias, conventus, et monasteria intra limites suæ ditionis prædictæ posita summam quadringentarum mille librarum monetæ Januensis pro communi utilitate conferre posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsorum exponentium votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, motu proprio ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine harum serie constituimus, præcipimus, et mandamus, ut omnes omnino ecclesiæ, conventus, et monasteria ad quascumque personas ecclesiasticas tam sæculares, quam regulares quibusvis pri-

vilegiis suffultas, ac munitas, et quacumque dignitate præeminentes etiam S. R. E. cardinales; et ad quascumque militias etiam fratrum s. Joannis Hierosolymitani, aut alia loca pia sæcularia, et regularia utriusque sexus etiam undecim congregationum spectantes, et spectantia in ditione Januensi existentes, seu existentia coacto mutuo a dictis exponentibus imperando pro summa librarum quadringentarum mille monetæ Januensis omnino obnoxia, et subiecta sint in omnia perinde ac si ecclesiæ, conventus, et monasteria prædicta nulla ecclesiastica immunitate gauderent. Quoniam porro superiores, atque administratores, cæterique quomodocumque nuncupati, ad quos earundem ecclesiarum, conventuum, et monasteriorum administratio, et procuratio spectat, facile pecunia numerata pro summa sibi contingenti carebunt, hinc illis ut summam sibi contingentem ad certum tempus, et in dictam causam omnino erogandam mutuari, vel minori fenore, quo fieri posset, accipere, et sumere hypothecatis tum pro sorte principali, tum pro interesuriis bonis ad mensas ecclesiarum, conventuum, et monasteriorum hujusmodi quomodolibet spectantibus, absque ullius censure, aut pœnæ ecclesiasticæ incursu libere, ac licite possint, et valeant, motu, scientia, auctoritate, et tenore prædictis plenam, et amplam facultatem tribuimus, et impertimur.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostris apostolici auditores, judicari, et defini debere, ac irritum; et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non ecclesiarum, conventuum, ac monasteriorum, locorum priorum, ac ordinum, congregationum, societatum, militiarum, aliorumque præfatorum, et quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis sta-

Derogatio contrariorum.

tutis, et consuetudinibus, stabilimentis, et usibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, ac literis apostolicis eisdem ecclesiis, monasteriis, conventibus, ordinibus, congregationibus, militiis, et aliis prædictis etiam in limine foundationis, et erectionis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac plenissime derogatum esse statuimus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Cæterum volumus pariter, ut juxta piæ mem. memorati Clementis pp. V. prædecessoris Nostri in concilio Viennensi editam constitutionem, calices, libri, cæteraque ornamenta ecclesiarum, conventuum, et monasteriorum hujusmodi divino cultui dicata, aliave suppellex ecclesiastica causa pignoris, vel alias occasione solutionis coacti mutui hujusmodi nullatenus capiantur, distrahantur, aut quomodolibet occupentur; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona decembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



MLXXXVIII.

Dat. die
20 decembris
1796
anno XXII.

Instante regina fidelissima revocantur literæ apostolicæ pro congregatione fratrum eremitarum s. Augustini excalceatorum nuncupatorum editæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **N**ec levitati, nec incostantiæ animi tribuendum est, si pro rerum necessitate nonnulla commutantur. Non raro enim inter res humanas contingit, ut quæ propter justas, et rationabiles causas statuta, et decreta sunt, usu postea minus salutaria, atque interdum adeo noxia detegantur: quapropter providentiæ quoque Nostræ est ea aut moderari, aut etiam, quatenus opus sit, ea penitus revocare, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

§. 2. Nuper siquidem ex parte carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ Nobis fuit expositum, quod Nos alias ad avertenda partium studia, ac dissensiones, quibus jam pridem, ut asserebatur non sine gravi regularis disciplinæ pernicie congregatio sanctissimæ Conceptionis fratrum eremitarum ordinis s. Augustini excalceatorum in Portugallia proscindebatur: adeo, ut omnia remedia a felicis recordationis Clemente pp. XI, et Benedicto pp. XIV. prædecessoribus Nostris adhibita, ut tranquillitas inter fratres ordinis, et congregationis prædictorum induceretur, in irritum cesserint, ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ precibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis annuentes, prævia constitutionis Benedictinæ prædictæ revocatione, eandem congregationem in tres provincias partiti sumus, singulisque illarum suos conventus attribuimus, atque assignavimus, aliaque etiam circa vicarii generalis, definitorum, et visitorum electiones disposuimus, et statuimus, prout in Nostris hisce desuper in simili forma brevis sub die vicesima quarta martii anni millesimi septingentesimi nonagesimi quinti expeditis literis ulterius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, hodiernus vicarius generalis ordinis et congregationis prædictæ ex certis documentis, atque ex usu ostenderit novum systema per Nostras memoratas literas, ut præfertur, inductum,

De conservatio-
ne ecclesiasti-
cæ suppellecti-
lis, et fides ha-
benda transum-
ptis.

Proemium.

Expositio præ-
sum.

quin eidem congregationi profuerit, illi prorsus noxiosum esse, atque ex eo immunitati potius, quam foveri regularem disciplinam, immo clanculo, atque inscia prorsus eadem congregatione fuisse a duobus, aut tribus suis fratribus eidem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ oblatas preces, ut suo patrocinio ab apostolica Sede tum memoratam provinciarum divisionem, tum nova circa superiorum generalium electionem statuta prædicta obtinerent, hinc memorata Maria Francisca regina fidelissima pro impensa voluntate, qua erga omnes regulares ordines ducitur, ut quisque illorum uberes bonorum operum fructus proferat, non memoratas solum Nostras literas, sed illas quoque a Clemente, et Benedicto prædecessoribus Nostris sub die vicesima sexta octobris 1716, et septima januarii 1750. in simili forma brevis fuerunt editæ per Nos revocari, et abrogari, eidemque congregationi, suis tantum antiquis constitutionibus, et statutis vivere, et gubernari a Nobis permitti summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra, indulgère de benignitate apostolica dignaremur.

Tenore concessio-
nis.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ votis, quantum cum Domino possumus, annuere cupientes, ac ordinem, et congregationem prædictam specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorum singulares personas, quarum interest, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati memoratas tum Nostras, tum Clementis, et Benedicti prædecessorum literas auctoritate apostolica tenore præsentium inducimus, revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, irritamus, et annullamus, viribusque, et effectum penitus, et omnino vacuumus, ac inductas, revocatas, cassatas, sublatas, abrogatas, irritas et annullatas, viribusque et effectum vacuum esse, et fore, nullique de cætero suffragari posse, vel debere in omnibus, et per omnia perinde ac si eadem apostolicæ literæ nunquam editæ, aut emanatæ fuissent, auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus. Volentes enim atque auctoritate, et tenore prædictis statuimus, in posterum, ac perpetuis

futuris temporibus eandem congregationem suis dumtaxat jam alias ab apostolica Sede approbatis constitutionibus, et statutis, vel legitimis consuetudinibus, et usibus regi, et gubernari debere.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habeat, seu habere quomodolibet prætendentes etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque causæ, propter quas præsentibus emanari, adductæ, aut verificatæ et justificatæ fuerint, aut quavis alia etiam quantumlibet juridica, pia, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, et substantiali, individuaque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, seu adversus illas a perditionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, et facti remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullomodo posse; sed ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolice auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate et auctoritate iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus memoratis Nostris, et Clementis, et Benedicti prædecessorum literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Da-

Clausula sub
lata et decre-
tum irritans.

Derogatio con-
trariorum.

tum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima decembris, millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXXXIX.

Dat. die
5 januarii
1797
anno XXII.

Constitutio qua facultas conceditur S. R. E. cardinalibus post obitum summorum pontificum eligendi et locum conclavis, et diem ingressus in illud pro rerum, ac temporum circumstantiis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Lugēt pontifex super infelicissimo Ecclesie universalis statu, ac ærumnis quibus hodiernis temporibus sancta Sedes vexatur.

§. 1. Christi Ecclesie regendæ munus, etsi quotidianis, ac fere assiduis expositum semper fuit curis, tamen omnis Nostri pontificatus hactenus peractus cursus extraordinariis quibusdam, adeoque gravibus continenter agitur sollicitudinum fluctibus, ut nulla humana vi, consilio, labore, nisi divinum adsit præsidium, eluctari posse videamur. Nunquam novæ non cessabant procellæ insurgere, instare timores, et pericula, ingruere damna, angustie, calamitates tot jam expertis incommoda, nondum quiescendum Nobis, est, nondum hæc secunda novitatum dolorumque tempora præterierunt. Continuo vigilandum, cavendum, tolerandum, lugendum. Neque solum dolendam præsentibus est malis, sed futuris etiam, dabiis, ac formidolosis, et per preces ad Deum Nostras, et per qualescumque adhibere possumus conatus occurrendam. Atque utinam in tanta rerum humanarum vicissitudine, et in hac ancipiti, incertaque adversantium temporum conditione reperire nonnihil possimus, quo vexatis tandiu, turbatisque Ecclesie rebus, fidelibusque populis aliquam quietis, consolationisque spem afferamus. Ideo nonnullorum pontificum prædecessorum Nostrorum exemplis insistentes animum ad ea nunc maxime convertimus, quæ quotiescumque sancta hæc Sedes vacaverit statim erant peragenda: ejus omnium implendæ causa pontificia instabunt a Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalibus celebranda comitia, ex quibus summa sacramentorum rerum momenta, ac futurus magna ex parte Ecclesie status emanat.

Bull. Rom. Tom. X. F. 53.

De hoc gravissimo novi pontificis eligendi negotio plurima prædecessores Nostri, suisque temporibus idonea sapientissime et invenerunt, et decreverunt. Sed novis incidentibus rebus nova parari iisdem debent, accomodarique consilia.

§. 2. Ante omnia erit fortasse de ipso comitiorum loco electoribus deliberandum, seu de amplo conclavi, in quod convenire omnes, ibique commorari usque ad novi pontificis creationem debebunt: num scilicet recedendum sibi, tum sit a recepta jam consuetudine congregandi in palatio ad sanctum Petrum (quemadmodum id ipsum superioribus sæculis aliquando contigit) causa vitandæ insalubritatis aeris, num major ad commorandum quærenda securitas, ac in ferendis suffragiis libertas, minorave ad instruendum de more conclave disperdia ob difficultates pecunie ab ærario, vel ab electoribus impendendæ, ac demum maturandæ actionis necessitas, de qua mox dicturi peculiariter sumus, ad aliam non incommodam, rebusque ipsis opportuniorem seligendam sedem astringant? Nos idcirco ipsos cardinales a quocumque conclavis immutandi ambiguitate solutos, ac liberos esse volentes, eisdem, qui præsentibus erunt potestatem facimus, ut quem vel si non omnes, at major eorum pars aptiorem locum, magisque tum sibi convenientem judicaverint in eundem omnes commigrare debeant, nihilque ob stare declaramus ejus actioni legitime peragenda in aliud conclave immigrationem.

§. 3. Ipsæ nunc rerum, ac temporum difficultates, quas vix sperare possumus tam facile converti posse in pristinam publicæ quietis, securitatisque rationem, ut nihil impedimenti incidat ad retinendam alteram legem de die ingressus in conclave, qui præsentibus erunt, cardinalium, quota nempe die post pontificæ sedis vacationem illi convenire, claudique ad peragenda electionem teneantur, admonent Nos ut post maturam deliberationem Nostram, quid sentiamus, quidque in posterum faciendum omni, quæ oriri potest dubitatione ex animis sublata declaramus. Aliquot ante seculis invectam, retentamque deinceps illam fuisse consuetudinem novimus, quæ multo magis invaluerat post constitutiones Gregorii X., Pii IV. Gregorii XV., aliorumque pontificum, et præsertim Clementis XII., qui in sua

Concedit, ut in casu vacationis sanctæ Sedis, conclave pro nova electione pontificis celebratur in loco destinando a majori parte cardinalium præsentium.

Relaxat legem de ingrediendo conclavi post decem dies ab obitu pontificis, et cardinalibus præsentibus potestatem ampliandi, vel restringendi terminum hujusmodi.

constitutione *Apostolatus officium* nullam expressam de illa mentionem fecit, sed generatim eandem confirmat una cum reliquis, quæ jam statuta erant a superioribus pontificibus: ut nimirum decima post pontificis obitum die, cardinales in conclave introire, in eoque clausi vacare electioni debeant. Hæc lege illos ex conscientia teneri plerique canonistæ affirmant, cum æquum justumque sit, ut absentes cardinales advenire intra decem dierum spatium valeant, neque tamen id spatii ob aliquorum absentiam prorogetur, cum major habenda videatur ratio, ne diutius Ecclesie sine visibili capite, ac pastore suo remanendum sit. At incertæ perturbatissimorum temporum necessitati num certa potest imponi lex? Quis nunc spondere posset in his humanarum rerum, quas experimur conversionibus non eventurum, ut quæ initio statuta sunt tempora agendis gravissimis, ac maximis rebus, eadem plane oporteat vel contrahere interdum, vel contra proferre? Illam idcirco decem dierum consuetudinem, legemque relaxamus, liberumque permittimus, seu concedimus Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalibus, qui præsentibus erunt arbitrium, ut vel non expectato decimæ diei ab apostolicæ Sedis vacatione termino, in conclave convenientes prævisa impedimenta præoccupent, omnem obrumpeo moram; videlicet si grave aliquod impedimentum immineat, aut ex erupturis inquieti populi tumultibus, aut ex incursionum, bellique timore, aut ex aliis similibus proximis calamitatum causis; vel contra, si illa ipsa impedimentorum gravitas præsto jam sit, suaque vi ingruens cuncta perturbare videatur, neque ullum tranquillitati, libertatique relinquat locum, eruat tum certe per eosdem cardinales illa dierum extendenda prorogandaque spatia, donec jam cõversa tempestas paulatim elanguescat, et serenior rerum status effulgeat. Penes ipsos Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales vel in hanc partem, vel in illam, prout tempus tulerit, tum iudicium potestatemque esse volumus decernendi de ingressu, idque vel si non omnes in unum consenserint, at omnes, in exequendo, majoris partis sententiæ inherere teneantur.

Declarat variationem legis locum habere debere tantum modo gravi suadente necessitate.

§. 4. Sin vero tranquilli erunt illi dies, et cuncta in tuto tamquam in portu, sine ulla mali suspitione constituta, tum ad præscriptæ legis normam peragantur omnia, et consueti

decem illi pro ingressu in conclave dies retineantur, quo non pauci, qui propius abfoerint cardinales advenire ad tempus valeant, omnisque abesse videatur tantæ perficiendæ rei festinatio, aut cunctatio, neque temere facta illo modo videatur, sed ad maturitatem suam perducta legitimæ electionis deliberatio. Si dies non otiose transigentur, cum interea plurima per cardinales expedienda sint negotia, persolvenda nempe quotidie defuncto pontifici officia, ac omne publicæ regendæ rei onus quod in ipsos recidet, sustineadam, cæteraque ad superiorum constitutionum apostolicarum formas exigenda, quibus nihil a suo pondere per hæc Nostram detrahimus, quasque in suo integro vigore confirmamus, exceptis iis tantum, quæ superius declaravimus cum id ipsam durissima temporum conditio, atque ipsa catholici corporis incolumitas; quæ ex suo capite potissimum in cætera membra dimanat, necessario postulabit. Non hic novæ impostæ sunt leges, sed nonnullæ, quas fortasse rerum novarum rationibus minime convenientes, electionemque ipsam non tam impediens pro illo casu non tam abolemus, quam relaxamus aliquantum, ac ipsis temporibus, quæ incidere possunt, accomodamus, potestatem tam præsentibus, quam quandoque futuris Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalibus facientes, ut quoties apostolica Sedes vacaverit, iaciderintque ea liberæ electioni impedimenta, de quibus præseos difficillima rerum publicarum ratio Nos admonuit, nihil tum ipsi dubitent, aut formident arbitria sua extendere ad superius commemoratas immutandas, inflectendasque leges, si fieri posset, aut oportere eorum majori parte consentiente hisce Nostris literis permisimus, et inclusimus.

§. 5. Itaque de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalium consilio, et assensu, deque apostolicæ potestatis plenitudine volumus, et mandamus, ut post summorum pontificum obitum, statim in unum congregentur venerabiles fratres Nostri, qui præsentibus erunt Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales, interque se proposita conditione temporum consultent, ac decernant, vel de retinendo, vel de novo seligendo conclavis loco, nec non et vel de contrahendo, vel de proferendo in illud ingressus die; quodque major eorum pars censuerit, eo omnes teneantur,

Indigitat methodum servandam post sui obitum.

et sine ulla dubitatione usi superius decretis facultatibus procedant, Deo juvante, ad novi pontificis electionem.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes præsentis literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, sive auditi fuerint; sed easdem præsentis literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quæcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter quoque observari debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac tam Alexandri III., ac quam Gregorii X., et Clementis V., ac supradicti Pii IV., aliorumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum circa electionem summi pontificis hactenus editis constitutionibus, et ordinationibus, earum omnium tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, quoad reliqua omnia, et singula in eis contenta; in suo robore permansura volumus, et mandamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, et apostolica auctoritate decernimus has Nostras literas in libellum redigi, aliisque prædecessorum Nostrorum constitutionibus adjungi; volentes etiam quod ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum permissionis, relaxationis, dispensationis, indulti, facultatis, ordinationis, decreti, mandati, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum

anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, tertio kalendas januarii, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MXC.

Dat. die
x5 januarii
1797
anno XXII.

Instante Ferdinando regio Hispaniarum infante bona ecclesiastica in ducatu Parmensi existentia subjiçiuatur solutioni vectigalis imperandi pro solvenda contributione a Gallicis copiis imposta.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **P**ostquam, divina sic disponente clementia, sed nullis Nostris suffragantibus meritis, catholicæ Ecclesiæ præsidemus, cum religionis, et reipublicæ salus in discrimen adducta sit, concedere debuimus, ut ecclesiarum, et ecclesiasticorum bona alicui singulari oneri, seu tributo obnoxia essent, ut quemadmodum commune fuit discrimen, communia pariter essent incommoda, quæ ad illud avertendum necessario extiterant.

Declarat alias ecclesias nonnullis extraor dinariis oneribus ob temporum calamitates gravare de buisse.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectissimus in Christo filius Noster Ferdinandus regius Hispaniarum infans, quod cum alias, ineunte scilicet mense maji currentis anni Gallorum copiarum inopinato in ducatum Parmensem irrupissent, ac immodicum, atque acerbissimum tributum irrogassent, dilecti filii antiani, seu magistratus civitatis Parmensis, ne civium bona hostiliter diriperentur, tum laicos, cum omnes omnino communitates, corpora, et individuos ecclesiasticos, non impetrata prius ab apostolica Sede necessaria venia, præfixus enim terminus solutionis urgebat nimis, quamaximas possent pecunias mutuas sibi dari in tributum hujusmodi coegerunt. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, magistratus præfatus nunc acceptum mutuum rependere intendat, ac grave nimis esset, quatenus laici domtaxat hac de causa imperandum vectigal persolvere compellerentur: Nobis propterea memoratus Ferdinandus infans humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica diguaremur.

Refert immodicum tributum Gallicis copiis a ducatu Parmensi sequi visse.

Solutioni tribu-
ti æquum esse
declarat ut
etiam ecclesia
sticæ personam
subsint, loca
pia, et cæteri
quide jure com-
muni, vel ex
privilegio ex-
empti repu-
tantur.

§. 3. Nos igitur ipsius Ferdinandi votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac singulas antianorum, seu magistratus prædicii personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, prævia eorundem antianorum, seu magistratus a quavis censura, aut alia pœna ecclesiastica, in quas propter præmissa ipsi incurrerint, aut incurrisse dici, et censeri possunt, absolute, et condonatione, motu proprio, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine in primis indictum, matuum præfatum tenore præsentium confirmamus, et approbamus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, qui hisce desuper quomodolibet intervenerunt, supplemus, et sanamus: deinde motu, scientia, et potestate paribus eorundem præsentium tenore constituimus, præcipimus, et mandamus, ut omnia, et singula bona, prædia, fundi, agri, molendina, domus, nec non livelli, affictus, aut locationes, sive annuæ sive perpetuæ, aliique redditus cujuscumque generis, et conditionis etiam si sint primæ erectionis, qui, et quæ in præsens ecclesiastica immunitate gaudent, ad quascumque personas ecclesiasticas tam sæculares, quam regulares quibusvis privilegiis suffultas, ac munitas, et quacumque dignitate præeinentes etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, ad quæcumque monasteria, conventus, collegia, hospitia, et alia pia loca sæcularia, et regularia utriusque sexus etiam undecim congregationum, et universalis Romanæ inquisitionis, quarumcumque militiarum etiam fratrum sancti Joannis Hierosolymitani, et equestris ordinis, seu militiæ Constantinianæ, nec non ad quascumque ecclesias, et mensas episcopales, abbatiales, conventuales, capitulares, et ad prioratus, præceptorias, præposituras, canonicatus, præbendas, et dignitates etiam majores, et principales, et alia quæcumque beneficia ecclesiastica etiam de jure patronatu, ac ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales quocumque jure, ac titulo spectantes, seu spectantia in ducatu Parmensi existentes, seu existentia vectigali in restitutionem dictarum mutuarum pecuniarum a memoratis antianis, seu magistratu

imperando obnoxii, seu obnoxia, subjecti, seu subjecta, ac obligata sint, in omnibus, et per omnia periade ac si eadem bona, prædia, fundi, agri, molendina, domus, nec non livelli, affictus, seu locationes annuæ sint, vel perpetuæ, cæterique redditus quicumque, cujusque generis, et conditionis etiam primæ erectionis nulla ecclesiastica immunitate gauderent, atque ad ecclesias, monasteria, conventus, capitula, aliaque loca pia, atque ecclesiastica, personas prædictas nullo modo spectasset.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quodocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolicæ auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel iguoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, collegiorum, et locorum piorum, ac ordinarum, congregationum, societatum, militiarum, hospitiorum, aliorumque prædictorum, et quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, stabilimentis, et usibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, ac literis apostolicis eisdem ecclesiis, monasteriis, collegiis, hospitibus, conventibus, et locis piis, ac ordinibus, congregationibus, societatibus, militiis, ac aliis prædictis, illorumque præsulis, capitulis, abbatibus, aliisque superioribus, et personis quibuslibet etiam in limine foundationis, et erectionis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio ha-

Clausula sublata et decretum irritans.

Derogatio contrarium.

benda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac plenissime derogatum esse statuimus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Poenæ adversus inobedientes.

§. 6. Volumus autem, ut si quis ex dictis ecclesiasticis tam secularibus, quam regularibus in solutione ratæ suæ portionis imperandi vectigalis prædicti morosus detegatur, aut præsentibus Nostris literis parere recuset, ordinarius loci juxta stylum in ducatu Parmensi hactenus servatum apponat = exequatur = ordinibus a prædicto magistratu expeditis absque ullo examine, et exceptione, ut morosi, aut recusantes hujusmodi omni, et quacumque appellatione, reclamazione, recursu, excusatione, tergiversatione remotis, et oppositis ad solvendam ratam portionem vectigalis hujusmodi opportunis juris, et facti remediis cogantur, et compellantur. Nos enim venerabilibus fratribus episcopis, cæterisque locorum ordinariis in prædicto ducatu Parmensi jurisdictionem habentibus has præsententes Nostras literas, et omnia in eis contenta auctoritate Nostra apostolica exequendi, ac exequi mandandi plenam, et amplam facultatem auctoritate prædicta earundem præsentium tribuimus, et impertimur. Cæterum volumus pariter, ut juxta piæ memoriæ Clementis pp. V. prædecessoris Nostri in concilio Viennensi editam constitutionem, calices, libri, cæteraque ornamenta ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, et beneficiorum, ac piorum locorum sub præsentibus comprehensorum divino cultui dicata, aliave suppellex ecclesiastica causa pignoris, vel alias occasione exactionis, et solutionis contributionis, seu vectigalis, seu tributû hujusmodi nullatenus capiantur, distrahantur, aut quomodolibet occupentur.

Declaratio specialis favore nosocomii de Misericordia.

§. 7. Volumus præterea, ut qua pro subventione nosocomii de Misericordia nuncupati civitatis Parmensis per alias Nostras in simili forma brevís die decima nona aprilis labentis anni expeditas literas disposita fuerunt, salva omnino, et illæsa subsistant, ita ut ei, aut ex noviter imperando vectigali, aut aliter consulendum sit: utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus

notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MXCI.

Concessio juris privati condendi aquam ardentem facta favore comitis Massara Trientini.

Dat. die 14 januarii 1797 anno XXII.

Girolamo della Porta della Santità di Nostro Signore, e sua R. C. Apostolica tesoriere generale, commissario generale del mare, e prefetto di castel s. Angelo.

§. 1. La Santità di Nostro signore papa Pio VI. felicemente regnante sempre ferma nella massima di favorire l'industria delle arti si è degnata di accogliere l'utile progetto umiliato dal sig. cavaliere Jette Massara di Sannazzaro di Trento, il quale si è esibito di fabbricare entro lo stato una perfetta acquavite estratta dalle vinacce, avendo benignamente accordato al medesimo con suo chirografo segnato li 14. gennaio del corrente anno la facoltà di poter privatamente per lo spazio di anni dodici erigere una tale fabbricazione ristrettivamente però alle sole provincie di Marittima, e Campagna, Lazio, e Sabina, e Patrimonio, cogli stati di Castro, e Ronciglione, e colle condizioni contenute nell'accennato chirografo del tenore seguente cioè:

R. P. D. thesaurarius declarat chirographum pro executione recepisse.

Monsignor Girolamo della Porta Nostro, e della Nostra Camera tesoriere generale.

§. 2. L'influenza grande, che ha l'industria delle arti su la privata, e pubblica opulenza, fino dal primo Nostro innalzamento al trono pontificio ha interessate le Nostre più speciali cure a favorire, e proteggere tutte le particolari diramazioni dell'industria stessa, e particolarmente quelle, le quali col servire all'interno consumo potevano formare ancora un' oggetto di vantag-

Tenor chirographi.

gioso commercio cogli esteri. Fra queste ottiene senza dubbio uno dei primi luoghi la fabbricazione delle acquavite, essendo essa uno dei generi della vita più necessarj ai diversi usi, e di uno smercio il più sicuro, ed esteso; e a tal' oggetto fino dall' anno 1786. ci applicammo ad estenderne, ed incoragirne la fabbricazione avendo con Nostro moto proprio in data delli 16. settembre di detto anno abolita perpetuamente la gravosa tassa di bajocchi cinquanta che dal tribunal delle Strade si esigeva in addietro sopra ogni barile di acquavite, che si fabbricava nell' agro Romano, e circonvicine provincie di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, Umbria, e Patrimonio, e che facendo una tale industria nella stessa sua sorgente l'avea pressochè del tutto annientata. E secondando al presente queste medesime viste, e lo stesso intenso desiderio di favorire tale interressantissimo ramo d' industria abbiamo creduto di non trascurare una supplica recentemente umiliataci per parte del cavaliere Jefe Massara di Sannazzaro di Trento, colla quale esponeva l' utile grande, che sarebbe per derivare ai Nostri dominii qualora in essi s' introducesse il metodo di estrarre l' acquavite col mezzo delle vinacce, e che possedendo egli il metodo sicuro di tale fabbricazione si esibiva di intraprenderla a tutte sue spese non richiedendo in compenso del vantaggioso suo progetto, che il solito incoraggiamento di una temporanea privativa.

Ratio concessionis.

§. 3. Noi abbiamo difatti veduto, anche in seguito di quanto ci avete voi rappresentato nel riferirci la supplica stessa, che una tale fabbricazione riuscirebbe molto vantaggiosa, giacchè in proporzione del quantitativo delle vinacce, che s' impiegherebbero nella fabbricazione anzidetta verrebbe a risparmiarsi altrettanto quantitativo di vino, beneficio, che si renderebbe tanto più rimarcabile in quelle stagioni, che non di rado si provano di scarsezza di uve, mentre allora non si sarebbe obbligati di desistere dalla fabbricazione delle acquavite stesse, o per lo meno di diminuirle come succede ora nei luoghi nei quali è sconosciuto il progettato metodo di servirsi delle vinacce.

Tenor concessionis.

§. 4. Perciò affine di dare al prefato cavaliere Massara di Sannazzaro un contrassegno non solo del benigno Nostro gradimento per il proposte suo utile progetto, ma eziandio per fargli sentire gli effetti del sovrano Nostro fa-

vore, e protezione col mezzo del presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto il tenore della supplica stessa umiliataci dal ricorrente suddetto non meno, che di quanto ci è stato da voi dedotto sul proposito stesso nell' udienza delli 14. dicembre scaduto, e di qualunque altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi di moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema podestà aderiamo benignamente all' istanza dell' enunciata richiesta privativa ristrettivamente però soltanto alle provincie suburbane di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, e Patrimonio cogli stati di Castro, e Ronciglione, e nel modo, e colle condizioni, che indicheremo in appresso cioè.

§. 5. E primieramente diamo, e concediamo al riferito cavaliere Jefe Massara di Sannazzaro, conforme voi in nome Nostro darette, e concedete al medesimo la facoltà di potere privativamente ad ogni altra persona fabbricare in tutta la estensione delle predette Nostre provincie suburbane di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, e patrimonio, cogli stati di Castro, e Ronciglione ogni sorte di acquavite col mezzo delle vinacce. Una tale concessione però intendiamo, che venga limitata, e ristretta al lasso di anni dodici solamente da incominciare a decorrere dalla data del presente Nostro chirografo in modo, che terminati appena li predetti anni dodici della presente concessione cessi affatto la privativa medesima, e resti allora in libertà non solo del predetto cavaliere Jefe Massara di Sannazzaro, ma di qualunque altra persona ancora il fabbricare senza impedimento alcuno la surriferita acquavite col mezzo delle vinacce.

Declaratio concessionis.

§. 6. Durante però la detta privativa, e per il lasso suddetto di anni dodici niuna persona ancorchè ecclesiastica privilegiata, privilegiatissima, ed ancorchè per comprenderla fosse bisogno di farne espressa, ed individua menzione potrà in niun luogo delle suddette provincie suburbane, e stati di Castro, e Ronciglione fabbricare, e distillare veruna benchè minima quantità della suddetta acquavite da ricavarsi dalle vinacce, sebbene non si facesse per commercio, ma soltanto per uso proprio, sotto pena della perdita del genere fabbricato, non meno, che degli ordigni, stigli, macchine, oltre la rifazione de' danni, ed interessi a favore del nominato privatario, ed altre pene

Sanctio poenalis ne concessum jus privatum aliorum facto subvertatur.

pecuniarie, ed anche afflittive del corpo, che voi credeste necessarie di cominciare.

Conditiones
concessioni ad
jectae.

§. 7. Nell' accordare peraltro una sì fatta concessione non intendiamo di dare al privatario stesso alcun benchè minimo diritto di prelazione nell'acquisto delle vinacce, che debbono servire di principale ingrediente alla sua nuova manifattura, ma vogliamo, che prosiegua a restare in piena libertà dei rispettivi proprietarj de' terreni di farne quell' uso, che più a loro piacerà, come pure che facendosene la vendita debba il suddetto privatario convenire con essi del prezzo. E parimenti nell' accordare l' enunciata privativa intendiamo che resti intiero, e libero l' esercizio della medesima fabbricazione dell' acquavite col mezzo delle vinacce a chiunque non ostante le prese informazioni sulla attuale mancanza della fabbricazione stessa nel termine di tre mesi dalla pubblicazione del presente Nostro chirografo legittimamente, e nelle debite forme provasse avanti di voi di avere con effetto prevenuto il più volte nominato cavaliere Jefte Massara privatario nella fabbricazione dell' acquavite medesima distillata col mezzo delle vinacce, e purchè provi nella stessa valida forma di esserne attualmente in esercizio collo spaccio, e vendita del genere stesso da lui manifatturato, senza le quali prove non si ammetterà nelle surriferite provincie di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, e Patrimonio cogli stati di Castro, e Ronciglione verun altra concorrenza di fabbrica in pregiudizio della presente concessione, e durante il tempo come sopra di anni dodici.

Reservatio fa-
vore aliorum
mercatorum.

§. 8. Richiedendo poi l' utile pubblico, che le privative in genere siano ristrette alla sola fabbricazione dei generi, e che non si attendano eziandio alla vendita, giacchè in questa guisa degenererebbero esse in aggravio, ed in monopolio più dannoso della mancanza stessa del genere manifatturato, perciò per secondare anche in questo incontro una tale massima, che abbiamo costantemente seguita in tutte le altre consimili concessioni, vogliamo, e stabiliamo, che anche durante la presente privativa, e non ostante la medesima debba essere a chiunque permesso nelle ridette Nostre provincie di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, e Patrimonio, cogli stati di Castro, e Ronciglione introdurre, contrattare, e vendere come in passato, tanto l' acquavite fabbricata col solito antico metodo

della distillazione del vino sia questa fabbricata in qualunque altra parte de' Nostri domioj, ossia di estera provenienza, quanto ancora l' acquavite, che col mezzo delle vinacce venisse fabbricata, tanto in esteri domioj, quanto nelle altre parti del Nostro stato non comprese nella presente privativa. E perchè dalla stessa presente concessione si ottenga l' effetto, a cui essa è diretta, sarà obligato il più volte nominato cavaliere Jefte Massara di Sannazzaro, e chiunque avrà causa da lui d' intraprendere effettivamente a tutte sue spese la fabbricazione predetta dell' acquavite col mezzo della distillazione delle vinacce nello spazio di un anno dalla data del presente Nostro chirografo, passato il qual termine, e non avendo esso messo in attività una tale fabbricazione, ovvero dopo messa in esercizio lasciandola sospesa per lo spazio di un anno decada ipso facto, e s' intenda decaduto da ogni privativa, come se mai non gli fosse stata accordata, e resti allora in libertà di chiunque ancorchè non terminati gli anni dodici della presente concessione d' intraprendere la fabbricazione del genere medesimo.

§. 9. E finalmente in recognizione della presente concessione vogliamo, che il detto cavaliere Jefte Massara di Sannazzaro debba in ogni anno durante il detto tempo di anni dodici pagare alla Nostra camera nella vigilia, o festa dei gloriosi apostoli santi Pietro, e Paolo nella solita camera dei tributi una libbra di cera bianca lavorata con far preventivamente descrivere la partita nei libri de' censi, altrimenti mancando anche per una sol volta al detto pagamento decada immediatamente dalla presente grazia, e si abbia come non concessa in conformità in tutto, e per tutto della Bolla di Gregorio XIII. Nostro predecessore contro *non solventes canones*.

Impositio cano-
nis a Massario
solvendi.

§. 10. E per l' effetto di quanto Noi abbiamo di sopra ordinato e disposto ne stipolarete a favore di detto cavaliere Jefte Massara di Sannazzaro pubblico istrumento coi sopradescritti patti, e con tutte quelle altre condizioni, riserve, ed obblighi, che crederete opportuni; concederete inibizioni, pubblicherete editti anche penali, e farete tutt' altro che per l' esecuzione della presente Nostra grazia stimerete necessario, essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

Præceptum de
stipulando in-
strumento con-
cessionis.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 11. Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo sebbene non ammesso, nè registrato in camera e nei suoi libri a tenore delle disposizioni di Pio papa IV. Nostro predecessore abbia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, nè gli si possa mai opporre di surrezione, orrezzione, o altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ancorchè non siano stati chiamati, nè sentiti, il commissario della Nostra camera, o altri, che vi avesse, o pretendesse avervi interesse: e così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse giudicarsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale, ancorchè collegiale, e composto di reverendissimi cardinali, togliendo loro, ed a ciascuno di essi la facoltà di giudicare diversamente, non ostante la detta costituzione di Pio papa IV. de registrandis, la regola della Nostra cancellaria de jure quæsito non tollendo, e qualisiano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali cose tutte, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito ampiamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 14 novembre 1797.

Pius PP. VI.

Executio.

§. 12. In esecuzione pertanto, e per il più esatto adempimento della enunciata sovrana disposizione ordiniamo, e comandiamo, che tutte e singole persone niuna eccettuata intieramente si uniformino a quanto viene prescritto nel sullodato chirografo, nè ardischino sotto qualsivoglia pretesto, o ricercato colore defraudare il nominato sig. cav. Jette Massara di Sannazaro con fabbricare durante il tempo della conceduta privativa in verun luogo delle suddette provincie di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, e Patrimonio, cogli stati di Castro, e Ronciglione qualunque più piccola quantità di acquavite col mezzo delle vinacce.

Sanctio poenalis.

§. 13. Avverta quindi ognuno di puntualmente obbedire a quanto viene di sopra ordinato, mentre i trasgressori, contro de' quali si procederà con tutto il rigore anche per inquisizione, ed ex officio, e in ogni altro modo più comodo al fisco, oltre la perdita degli sigli, e tutt'altro, che s'intenderà ca-

duto in commissum saranno irremissibilmente puniti colla pena di scudi cinquanta da distribuirsi per un terzo all'accusatore, che sarà tenuto segreto, per un terzo al tribunale, che procederà, e per l'altro terzo a favore degli intraprendenti, e con altre pene anche corporali ad arbitrio.

Ed il presente nostro editto affisso, e pubblicato in questa dominante, e nelle città principali dello stato Ecclesiastico obbligherà ciascuno come se personalmente gli fosse stato intimato.

Dato dal palazzo di Monte Citorio nostra solita residenza questo dì 28. marzo 1797.

G. Della Porta tesoriere generale

G. Sperandini commissario generale della R. C. A.

Nicola Nardi segretario e cancelliere della R. C. A.

MXCII.

Dat. die
24 januarii
1797
anno XXII.

Concessio altaris privilegiati pro fratribus ordinis sancti Francisci Capuccinorum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius frater Ambrosius a Barehino ne fratrum ordinis munerum sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum expresse professus secretarius generalis, ac custos provinciae Catalauniae, quod missionarii ordinis, et provinciae hujusmodi immediate ante, vel statim post unamquamque ex respective per ipsos in dicta provincia perageadis missionibus solemne anniversarium in suffragium fidelium defunctorum celebrari curant: plurimum propterea cupit, ut missas in dictis anniversariis celebrandas caelestium munerum, quorum dispensationem fidei Nostrae credidit Altissimus, et largitione a Nobis condecorari.

Expositio precum.

§. 2. Nos igitur supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; ut omnes, et singulae missae, quae die uniuscujusque ex praefatis anniversariis a quocumque sacerdote seculari, vel cujusvis ordinis, con-

Tenor concessionis.

gregationis, et instituti regulari pro anima cujuscumque christifidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad quodcumque altare tam illius ecclesiæ, in qua anniversarium hujusmodi celebrari contingat, quam aliarum ecclesiarum existentium in civitate, vel oppido in qua, seu quo missiones peragentur celebrabuntur, animæ, seu animabus, pro qua, seu quibus celebratæ fuerint, perinde suffragentur, ac si ad altare privilegiatum fuissent celebratæ auctoritate apostolica teore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque

constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die vicesima quarta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.



PIUS VI.

ANNO VICESIMO TERTIO



MXCIII.

Dat. die
6 februarii
1797
anno X. XIII.

Extensio indulti absendi pro beneficiatis parochialis ecclesiae s. Mariae a Mari Barchinonensis diocesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio pre-
cum, et ratio
concessionis.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii nonaginta beneficiati parochialis ecclesiae beatae Mariae Virginis a Mari nuncupatae civitatis Barchinonensis, quod ab anno usque millesimo trigesimo secundo a vicario capitulari ecclesiae Barchinonensis tunc vacantis ob assiduum debitum illorum servitium obtinuerunt, ut quatuor in singulos menses exceptis solemnioribus tunc expressis diebus, ac majori hebdomada ab ecclesia praedicta abesse libere, ac licite possent, itaut ipsi interim omnes, et singulos fructus, distributiones, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque ad eos ratione suorum beneficiorum respective spectantia, si in eadem ecclesia personaliter residerent singulis matutinis, ac vespertinis horis canonicis, caeterisque officiis divinis assidue interessent, obvenientia cum ea integritate percipere possent, cum qua fructus, ac emolumenta hujusmodi perciperent, si in eadem ecclesia personaliter residerent, singulisque horis canonicis, atque officiis divinis in ea recitari, ac celebrari solitis interessent. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat pauci super illorum dimidiam partem indulto hujusmodi uti possint, quamvis omnes ecclesiae praedictae assiduum servitium praestent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica digneremur.

Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prose-

qui volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati eisdem exponentibus, ut octo quot mensibus ab eadem parochiali ecclesia exceptis solemnioribus, caeterisque diebus, qui in primo indulto praedicto fuerunt exceptis, abesse, atque interim omnia, et singula fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque ad eos ratione sui cujusque beneficii praedicti spectantia, si in eadem ecclesia personaliter residerent, singulisque matutinis, et vespertinis horis canonicis, caeterisque officiis divinis in ea recitari, et celebrari solitis assidue interessent, obvenientia cum ea integritate percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem convertere possint, et valeant, cum qua eas, et illa perciperent, si ut praefertur, in dicta ecclesia personaliter residerent, singulisque matutinis, et vespertinis horis canonicis, caeterisque officiis divinis, ac functionibus inibi celebrari solitis interessent, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Mandantes propterea omnibus, et singulis, ad quos spectat, vel in futurum spectabit, fructuum, et distributionum hujusmodi traditio, ut in virtute sanctae obedienciae statim visis praesentibus omnia, et singula fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque, nec non distributiones hujusmodi, ac etiam ea, quae per praesentes dumtaxat lucrari possunt omni mora, et dilatione posthabita, octo beneficiatis praedictis, seu illorum legitimo procuratori juxta tenorem praesentium realiter, et cum effectu tradant, et consignent, seu ab aliis tradi, et consignari curent, et faciant.

MXCIV.

Dat. die
9 februarii
1797
anno XXXIII.Clausula sub-
lata. et decre-
tum irritans

§. 3. Ac decernentes easdem præ-
sentes literas firmas, validas, et effi-
caces existere, et fore, suosque plena-
rios, et integros effectus sortiri, et ob-
tinere, atque illis ad quos spectat, et pro
tempore quodcumque spectabit in
omnibus, et per omnia plenissime suf-
fragari; sicque in præmissis per quos-
cumque iudices ordinarios, et delega-
tos etiam causarum palatii Nostri apo-
stolici auditores, ac Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ cardinales etiam de latere le-
gatos, et sanctæ Sedis nuncios, subla-
ta eis, et eorum cuilibet quavis aliter
judicandi, et interpretandi facultate,
et auctoritate judicari, et definiri de-
bere, ac irritum, et inane si secus su-
per his a quoquam quavis, auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

Derogatio con-
traciorum.

§. 4. Non obstantibus constitutioni-
bus, et ordinationibus apostolicis, nec non
dictæ parochialis ecclesiæ etiam juramen-
to, confirmatione apostolica, vel qua-
vis firmitate alia roboratis statutis, et
consuetudinibus; privilegiis quoque, in-
dultis, et literis apostolicis superiori-
bus, et personis sub quibuscumque te-
noribus, et formis, ac cum quibusvis
etiam derogatoriis derogatoriis, ali-
isque efficacioribus, efficacissimis, ac
insolitibus clausulis, irritantibusque, et
aliis decretis in genere vel in specie,
ac aliis in contrarium, quomodolibet
concessis, approbatis, et innovatis. Qui-
bus omnibus, et singulis illorum te-
nores præsentibus pro plene, et suffi-
cienter expressis, ac de verbo ad ver-
bum insertis habentes illis alias in suo
robore permansuris ad præmissorum
effectum hac vice dumtaxat specialiter,
et expresse derogamus, cæterisque con-
trariis quibuscumque. Datum Romæ
apud sanctum Petrum sub annulo pi-
scatoris die sexta februarii millesimo se-
ptingentesimo nonagesimo septimo, pon-
tificatus Nostri anno vicesimo tertio.

Instante rege Sardinie tribuitur facultas
archiepiscopo Taurinensi supprimendi
octo domus canonicales canonicorum
regularium congregationis Lateranen-
sis ordinis sancti Augustini, tres domus
clericorum regularium congregationis
ministrantium infirmis, et duos con-
ventus fratrum ordinis sanctissimæ Tri-
nitatis redemptionis captivorum intra
ditionem eidem regi subjectam exi-
stentes.

Venerabili fratri Carolo Aloisio
archiepiscopo Taurinensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit car-
rissimus in Christo filius Noster Caro-
lus Emmanuel Sardinie rex illustris,
quod quamvis inter cætera, quæ per
alias Nostras in simili forma Brevis die
decima octava julii mox præteriti anni
millesimi septingentesimi nonagesimi
septimi ei indulimus, ut monasteria,
seu conventus intra suam ditionem con-
sistentes, in quibus saltem octo fratres
seu monachi continuo non commoran-
tur supprimi, atque extingui possent,
ei concesserimus; quapropter tibi, cæ-
terisque venerabilibus fratribus archie-
piscopis, atque episcopis intra ditionem
eidem Carolo Emmanueli regi subjectam
jurisdictionem habentibus totam hujus
negotii executionem sub certis tunc
expressis conditionibus, et modis com-
miserimus, prout in eisdem Nostris li-
teris uberius continetur. Cum tamen di-
lecti filii canonici regulares congregatio-
nis Lateranensis ordinis sancti Augustini,
qui in variis tuæ regie ditionis diocæ-
sibus octo domus canonicales, seu mo-
nasteria possident, quarum plurima ob
minimum canonicorum regularium hu-
jusmodi numerum in eis commoran-
tium, in vim indulti prædicti suppri-
menda, et extinguenda essent intelle-
xerint, nisi difficillime sui ordinis, et
congregationis statuta post hæc custo-
diri, ac retineri posse, hinc in capi-
tulum coacti eidem Carolo Emmanue-
li regi supplices preces obtulerunt,
ut a Nobis, et ab apostolica Sede omni-
moda domorum canonicalium, seu mo-
nasteriorum huiusmodi suppressionem,



nec non omnium alumnorum ejusdem ordinis, et congregationis in eis commorantium ad statum presbyteri secularis translationem impetrasset; cumque præterea a superioribus trium domorum clericorum regularium congregationis ministrantium infirmis, ac duorum conventuum fratrum ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum memoratus Carolus Emmanuel rex cognoverit, plures ex illis ætate proVectos, atque valetudine infirmos esse, nullamque spem affluere, ut brevi tot ad suum cujusque ex dictis ordinibus regularem habitum admitti possint, quod ad suorum respective disciplinam servandam necessarij forent, eaque propter quamvis numero plures, quam octo in suis respective domibus, ac conventibus clerici regulares, ac fratres prædicti degant, tamen ob peculiare causas uberes fructus, qui secus sperari possent, proferre non valeant, hinc dictus Carolus Emmanuel rex, non solum domus canonicales ordinis, et congregationis Lateranensis, sed etiam domus ditorum clericorum regularium, ac conventus ordinis prædicti per Nos suppressi, atque extingui, illorumque alumnos ad statum presbyteri secularis, seu laici, transferri summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenore concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur ipsum Carolum Emmanuelem regem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac canonicorum, et clericorum regularium, ac fratrum prædictorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrierint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, zelo, fide, ac summa in rebus gerendis dexteritate confidimus, per præsentem committimus, ac mandamus, ut tum octo domus canonicales, seu monasteria canonicorum regularium congregationis Lateranensis ordinis sancti Augustini, tum tres domus clericorum regularium congregationis ministrantium infirmis, cum demum duos conventus fratrum ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum intra ditionem eisdem Carolo Emmanueli subjectam respective existentia auctoritate Nostra apo-

stolica perpetuo suppressas, et extinguas, ac perpetuo suppressa, et extincta esse, et fore, statuas, atque decernas. Bona vero, jura, et actiones ad easdem domus, monasteria, ac conventus respective pertinentia in arbitrium ac dispositionem dicti Caroli Emmanuelis regis juxta memoratarum Nostrarum literarum tenorem permittas: ecclesias vero in usum, ac dispositionem episcoporum, intra cujus diœcesim, domus, monasteria, ac conventus hujusmodi sita sunt, concedas.

§. 3. Omnibus vero canonicis, ac clericis regularibus, nec non fratribus prædictis tum sacerdotibus, tum conversis, seu laicis in dictis domibus, monasteriis, ac conventibus, nunc commorantibus, assignata eis, et cuilibet eorum congrua pensione arbitrio tuo præfigenda, dummodo tamen pro sacerdotibus taxationem synodalem superet, ex fructibus, redditibus, ac proventibus domorum, seu monasteriorum, ac conventuum prædictorum persolvenda, facultatem in sæculo extra eorundem suorum ordinum, seu congregationum claustra in habitu presbyteri secularis, si fuerint sacerdotes, vel in habitu sæculari, si laici, seu conversi, retento tamen interius aliquo sui habitus regularis signo, ac servatis quoad substantialia, et quantum in eo statu commode fieri potest, regularibus per eos in suis respective ordinibus, ac congregationibus emissis votis sub ordinarii gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habentis, in cujus respective diœcesi illos pro tempore morari contigerit, plenaria jurisdictione, et obedientia perpetuo vivendi, et permanendi, nec non in suis sacris ordinibus, et in altaris ministerio, dummodo nullum eis obstet canonicum impedimentum cum debita ordinariorum licentia ministrandi auctoritate prædicta tribuas, atque impertiaris: Nos enim tibi omnem, et quæcumque ad præmissa omnia faciendi, exequendi, et exequi mandandi necessariam, et opportunam facultatem auctoritate, et tenore præfatis concedimus, et indulgemus.

Providetur fratribus ut honeste extraclostrum vitam agere valeant.

§. 4. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios et

Clausula sublata, et decretum irritum.

delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardiales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et defini-ri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariarum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinum, et congregationum præfatorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona februarii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXCV.

Dat. die
24 februarii
1797
anno XXXII.

Publicatio tractatus pacis initi cum re-
publica Gallicana, et servandi in di-
tione Pontificia.

NOTIFICAZIONE

§. 1. Il tenore del trattato di pace definitiva stabilito, e concluso fra Sua Santità, e la republica Francese, come fu prevenuto il publico con notificazione di jeri, è quello, quale si legge riportato in tutta la sua estensione appresso della presente notificazione. Non dubita pertanto la Santità Sua, che li suoi amatissimi sudditi e concorreranno senza ritardo a soddisfare quelle contribuzioni, che dovranno indispensabilmente imporsi per adempire le condizioni del trattato suddetto, ed osserveranno religiosamente il dovere, che corre loro di risguardare, considerare, e trattare, come fu accennato appunto nell' enunciata notificazione, li rappresentanti, sudditi, e nazionali francesi, qual' individui di una potenza in pace, onde la podestà publica non sia costretta ad esercitare il rigore delle leggi non meno generali, che particolari emanate contro quelli che ardissero in qualsivoglia maniera insultarli, o offenderli.

Præceptum de
servandis, et
exequendis
conventioni-
bus initis

Data dalle stanze del palazzo apo-
stolico Vaticano, questo di 24. feb-
brajo 1797.

I. card. Busca



TRAITÉ DE PAIX

entre le Pape
et la République Française

Son eminence le cardinal Mattei.

Mr. Caleppi.
Mr. le duc Braschi.
Mr. le marquis Massimi.

Plenipotentiaires de Sa Sainteté.
Le général en chef Bonaparte
commandant l'armée d'Italie.

Le C. Cacault agent de la République Française en Italie, plenipotentiaires chargés des pouvoirs du directoire executif, sont convenus des articles suivans.

ARTICLE I.

Il y aura paix, amitié, et bonne intelligence entre le pape Pie VI. et la république Française.

ARTICLE II.

Le pape revoke toute adhésion, consentement, et accession patente, ou secrète par lui donnée a la coalition armée contre la république Française, a tout traité d'alliance offensive, ou défensive avec quelque puissance, ou état que ce soit. Il s'engage a ne fournir, tant pour la guerre actuelle, que pour les guerres avenir a aucune des puissances armées contre la république Française aucun secours en hommes, vaisseaux, armes, munitions de guerre, vivres, et argent a quelque titre, et sous quelque dénomination, que ce puisse être.

ARTICLE III.

Sa Sainteté licenciera dans cinq jours après la ratification du présent traité les troupes de nouvelle formation, ne gardant que ses regimens existens avant le traité d'armistice signé a Bologne.

ARTICLE IV.

Les vaisseaux de guerre, ou corsaires des puissances armées contre la république, ne pourront entrer, et encore moins séjourner, pendant la présente guerre dans les ports, et rades de l'état Ecclesiastique.

Bull. Rom. Tom. X. F. 53.

TRATTATO DI PACE

tra il Papa
e la Repubblica Francese

§. 2. Sua emnza il card. Mattei.

Monsig. Caleppi.
Il sig. duca Braschi.
Il sig. march. Massimi.

Plenipotenziarj di Sua Santità.
Il generale in capite Bonaparte
comandante dell'armata d'Italia.

Il cittadino Cacault agente della Repubblica Francese in Italia, plenipotenziarj incaricati de' poteri del direttorio esecutivo sono convenuti negli articoli seguenti.

ARTICOLO I.

§. 3. Vi sarà pace, amicizia, e buona intelligenza tra il papa Pio VI., e la Repubblica Francese.

Tenor conventionum initiarum.

De pace servanda.

ARTICOLO II.

§. 4. Il papa revoca ogni adesione, consenso e accessione palese, o segreta da lui data alla coalizione armata contro la Repubblica Francese, ad ogni trattato d'alleanza offensiva e difensiva con qualsivoglia potenza o stato. Egli si obbliga a non somministrare tanto per la guerra attuale, che per le guerre avvenire ad alcuna delle potenze armate contro la Repubblica Francese verun soccorso in truppe, vascelli, armi, munizioni da guerra, viveri, e denari per qualunque titolo, e sotto qualunque denominazione che possa essere.

De recessu pontificis a foedere inito cum aliis principibus in damnum reipublice.

ARTICOLO III.

§. 5. Sua Santità licenzierà dentro cinque giorni dopo la ratifica del presente trattato le truppe di nuova erezione, non ritenendo che que' reggimenti, i quali esistevano prima del trattato d'armistizio firmato a Bologna.

De dimissione copiarum novissime collectarum.

ARTICOLO IV.

§. 6. I vascelli da guerra o corsarj delle potenze armate contro la repubblica non potranno entrare, e ancor meno dimorare, durante la presente guerra, nei porti, e rade dello stato ecclesiastico.

De vetito ingressu navium in portus pontificie ditonis

ARTICLE V.

La République Française continuera à jouir, comme avant la guerre de tous les droits, et prérogatives, que la France avoit à Rome; et sera en tout traitée comme les puissances les plus considérées, spécialement à l'égard de son ambassadeur, ou ministre, et des consuls, et vice-consuls.

ARTICLE VI.

Le pape renonce purement, et simplement à tous les droits, qu'il pourroit prétendre, sur les villes et territoires d'Avignon, le comtat Venaissin, et ses dependances, et transporte, cede, et abandonne les dits droits à la République Française.

ARTICLE VII.

Le pape renonce également à perpétuité, cede, et transporte à la République Française tous ses droits sur les territoires, connus sous le nom de legations de Bologne, de Ferrare, et de la Romagne; il ne sera portée aucune atteinte à la religion catholique dans les susdites legations.

ARTICLE VIII.

La ville, cittadelle, et les villages formant le territoire de la ville d'Ancone resteront à la République Française jusqu'à la paix continentale.

ARTICLE IX.

Le pape s'oblige pour lui, et ceux, qui lui succéderont à ne transporter à personne les titres des seigneuries attachés au territoire par lui cédé à la République Française.

ARTICLE X.

Sa Sainteté s'engage à faire payet, et delivrer à Foligno au tresorier de l'armée Française avant le 15 du mois de ventose courant (le 5. mars 1797. (v. s.) la somme de quinze millions de livres tournois de France, dont dix millions en numeraire, et cinq millions en diamans, et autres effets précieux, sur celle d'environ seize millions, qui restent dûs suivant l'article 9. de l'armistice signé à Bologne le 5. messidor an quatrieme, et ratifié par Sa Sainteté le 27. juin.

ARTICOLO V.

§. 7. La Republica Francese continuera a godere come prima della guerra di tutti i diritti, e prerogative che la Francia aveva in Roma, e sarà trattata in tutto come le potenze le più considerate, specialmente riguardo al suo ambasciadore o ministro, e ai consoli, e vice-consoli.

De privilegiis, et prerogativis a Gallis Romanis fruendis.

ARTICOLO VI.

§. 8. Il papa rinunzia puramente, e semplicemente a tutti i dritti, che potrebbe pretendere sopra le città, e territorj di Avignone, contado Venaisino, e sue dipendenze, e trasferisce, cede, e abbandona i dritti suddetti alla Repubblica Francese.

Renunciatio civitatis Avinionensis, et comitatus Venaisini.

ARTICOLO VII.

§. 9. Il papa rinunzia similmente per sempre, cede, e trasferisce alla repubblica francese tutti i suoi dritti sopra i territorj conosciuti sotto il nome di legazioni di Bologna, di Ferrara, e della Romagna. Non sarà fatta alcuna innovazione alla religione cattolica nelle suddette legazioni.

Similis territorij positi in legationibus Bononiæ, Ferrariæ, et Romandiolæ.

ARTICOLO VIII.

§. 10. La città, cittadella, e i villaggi che formano il territorio della città di Ancona, resteranno alla repubblica francese fino alla pace continentale.

Occupatio civitatis et arcis Anconæ concessitur usque ad pacem generalem.

ARTICOLO IX.

§. 11. Il papa s'obbliga per se, e i suoi successori a non trasferire ad alcuno i titoli delle signorie annessi al territorio da lui ceduto alla Repubblica Francese.

De conservatone titulorum pro dominatibus censis.

ARTICOLO X.

§. 12. Sua Santità si obbliga di far pagare, e consegnare in Foligno al tesoriere dell'armata francese prima de' 15. del mese di ventoso corrente (li 5. marzo prossimo) la somma di quindici milioni di lire tornesi di Francia, de' quali dieci milioni in contanti, e cinque milioni in diamanti, e altri effetti preziosi per conto della somma di circa sedici milioni che restano di debito secondo l'articolo 9. dell'armistizio firmato a Bologna li 5. messidoro, an. 4., e ratificato da Sua Santità li 27. giugno.

Solutio a pontifice faciendæ.

ARTICLE XI.

Pour acquitter définitivement ce qui restera à payer pour l'entière exécution de l'armistice signé à Bologne, Sa Sainteté fera fournir à l'armée huit cent chevaux de cavalerie enharnachés, huit cent chevaux de traits, des boeufs, et des buffles, et autres objets produits du territoire de l'Eglise.

ARTICLE XII.

Indépendamment de la somme énoncée dans les deux articles précédens, le pape payera à la République Française en numéraire, diamans, et autre valeur, la somme de 15. millions des livres tournois de France, dont dix millions dans le courant du mois de mars; les cinq millions dans le courant du mois d'avril prochain.

ARTICLE XIII.

L'article 8. du traité d'armistice, signé à Bologne, concernant les manuscrits, et objets d'art, aura son exécution entière à la plus prompte possible.

ARTICLE XIV.

L'armée Française évacuera l'Umbria, Perugia, Camerino, aussitôt que l'article 10. du présent traité sera exécuté, et accompli.

ARTICLE XV.

L'armée Française évacuera la province de Macerata, à la réserve d'Ancone, de Fano, et de leur territoire, aussitôt que les cinq premiers millions de la somme mentionnée à l'article 12. du présent traité auront été payés et délivrés.

ARTICLE XVI.

L'armée Française évacuera la territoire de la ville de Fano, et le duché d'Urbino, aussitôt que les cinq seconds millions de la somme mentionnée à l'article 12. du présent traité auront été payés, et délivrés, et que les articles 3. 10. 11. et 13. du présent traité auront été exécutés. Les cinq derniers millions faisant partie de la somme stipulée par l'article 12., seront payés au plus tard dans le courant d'avril prochain.

Bull. Rom. Tom. X. F. 53.

ARTICOLO XI.

§. 13. Per soddisfare definitivamente ciò che resterà a pagarsi per l'intera esecuzione dell'armistizio segnato a Bologna, Sua Santità farà somministrare all'armata ottocento cavalli di cavalleria bardati, ottocento cavalli da tiro, bovi, bufali, ed altri oggetti prodotti del territorio della Chiesa.

De equis; bovis, et bubalis ab eodem pontifice subministrandis.

ARTICOLO XII.

§. 14. Indipendentemente della somma enunciata ne' due articoli precedenti, il papa pagherà alla repubblica francese in contanti, diamanti, e altro valore la somma di quindici milioni di lire tornesi di Francia, de' quali dieci milioni dentro il mese di marzo, e cinque milioni nel mese di aprile prossimo.

Alia solutio nes a pontifice faciendae.

ARTICOLO XIII.

§. 15. L'articolo 8. del trattato d'armistizio segnato a Bologna, risguardante i manoscritti, e gli oggetti d'arte, avrà la sua intera esecuzione al più presto possibile.

Executio conventionis stipulatae Bonnae decernitur.

ARTICOLO XIV.

§. 16. L'armata francese evacuerà l'Umbria, Perugia, Camerino subito che l'articolo 10. del presente trattato avrà avuto esecuzione e adempimento.

De evacuatione copiarum Gallicarum a terris sanctae Sedis.

ARTICOLO XV.

§. 17. L'armata francese evacuerà la provincia di Macerata, a la riserva di Ancona, di Fano, e del lor territorio, tostochè i cinque primi milioni della somma mentovata all'articolo 12. di questo trattato saranno stati pagati, e consegnati.

Similis ut supra.

ARTICOLO XVI.

§. 18. L'armata francese evacuerà il territorio della città di Fano, e il ducato di Urbino, subito che i cinque secondi milioni della somma accennata all'articolo 12. del presente trattato saranno stati pagati e consegnati, e quando gli articoli 3. 10. 11. e 13. del presente trattato saranno stati eseguiti. Li cinque ultimi milioni facendo parte della somma stipulata all'articolo 12. saranno pagati al più tardi dentro l'aprile prossimo.

Similis ut supra.

ARTICLE XVII.

La République Française cede au pape tous ses droits sur les différentes fondations religieuses Françaises dans la ville de Rome, et a Loreto, et le pape cede en toute propriété a la république tous les biens allodiaux appartenants au saint Siege dans les trois provinces de Bologne, de Ferrare, et de la Romagne, et notamment la terre de la Mesola, et ses dependances. Le pape se reserve, cependant en cas de vente le tiers des sommes, qui en parviendront, lesquelles devront être remises a ses fondés de pouvoir.

ARTICLE XVIII.

Sa Sainteté fera desavouer par son ministre a Paris l'assassinat commis sur la personne du secrétaire de legation Basseville. Il sera payé dans le courant de l'année par Sa Sainteté, et par elle mis a la disposition du gouvernement Français la somme de trois cent mille livres pour être réparties entre ceux, qui ont souffert de cet attentat.

ARTICLE XIX.

Sa Sainteté fera mettre en liberté les personnes, qui peuvent se trouver detenues a cause de leurs opinions politiques.

ARTICLE XX.

Le général en chef rendra la liberté de se retirer chez eux a tous les prisonniers de guerre des troupes de Sa Sainteté, aussitôt après avoir reçu la ratification du présent traité.

ARTICLE XXI.

En attendant qu'il soit conclu un traité de commerce entre le pape, et la République Française, le commerce de la république sera retabli, et maintenu dans les estats de Sa Sainteté sur le pied de la nation la plus favorisée.

ARTICLE XXII.

Conformement a l'article sixieme du traité conclu a l'Haye le 27. floreal de l'an 3., la paix conclue par le présent traité entre le pape, et la République Française est déclarée commune a la république Batave.

ARTICOLO XVII.

§. 19. La Repubblica Francese cede al papa tutti i suoi diritti sopra le diverse fondazioni pie francesi nella città di Roma e a Loreto; e il papa cede in tutta proprietà alla repubblica tutti i beni allodiali appartenenti alla santa Sede nelle tre provincie di Bologna, di Ferrara, e della Romagna e segnatamente la terra della Mesola, e sue dipendenze. Il papa si riserva però in caso di vendita il terzo delle somme che ne proverranno; le quali dovranno essere rimesse agli autorizzati a riceverle.

ARTICOLO XVIII.

§. 20. Sua Santità farà disapprovare per mezzo d'un suo ministro a Parigi l'assassinio commesso sulla persona del segretario di legazione Basseville. Verrà pagata dentro un'anno da Sua Santità, e messa a disposizione del governo francese la somma di trecento mila lire da ripartirsi tra quelli, che hanno sofferto per questo attentato.

ARTICOLO XIX.

§. 21. Sua Santità farà mettere in libertà le persone che possono trovarsi detenute a motivo delle loro opinioni politiche.

ARTICOLO XX.

§. 22. Il generale in capite darà la libertà di ritirarsi alle case loro a tutti i prigionieri di guerra delle truppe pontificie, subito che avrà ricevuta la ratifica del presente trattato.

ARTICOLO XXI.

§. 23. Fino a tanto che venga concluso un trattato di commercio tra il papa e la repubblica francese, il commercio della repubblica sarà ristabilito, e mantenuto negli stati di Sua Santità sul piede della nazione la più favorita.

ARTICOLO XXII.

§. 24. In conformità dell'articolo 6. del trattato concluso all'Aja li 27. floreal dell'anno 3., la pace conclusa col presente trattato tra il papa e la repubblica francese è dichiarata comune alla repubblica Olandese.

Cessiones hinc inde factae, et reservationes conventae.

Damnatio cae dis Basvilliamae, et indemnitates pro ea concessae.

De liberatione carceratorum.

De liberatione captivorum.

De commercio in ditone ecclesiastica servando.

Declaratio foederis Hollandicæ.

ARTICLE XXIII.

La poste de France sera retablee a Rome de la même maniera qu' elle existoit auparavant.

ARTICLE XXIV.

L' ecole des arts instituée a Rome pour tous les François, y sera retablee, et continuera d'être dirigée comme avant la guerre. Le palais appartenant a la republique, ou cette ecole étoit placée, sera rendu sans dégradations.

ARTICLE XXV.

Tous les articles, clauses et conditions du présent traité, sans exception, sont obligatoires a perpetuité, tant pour Sa Sainteté la pape Pie VI., que pour ses successeurs.

ARTICLE XXVI.

Le présent traité sera ratifié dans le plus court délai possible.

Fait, et signe au quartier général de Tolentino par les susdits plenipotentiaires le premier ventose an cinquieme de la republique une et indivisible, 19. février 1797. (v. s.)

A. card. Mattei.
L. Caleppi.
L. duca Braschi Onesti.
Camillo marchese Massimo.

Bonaparte. Cacault.

ARTICOLO XXIII.

§. 25. La posta di Francia sarà ristabilita a Roma nella stessa maniera, che esisteva in addietro. De reintegratone cursus vedendum.

ARTICOLO XXIV.

§. 26. La scuola delle arti istituita a Roma per tutti i francesi, vi sarà ristabilita, e continuerà ad essere diretta come prima della guerra. Il palazzo spettante alla repubblica, dove questa scuola trovavasi collocata, sarà reso nello stato in cui era. De reintegratone academice artium liberalium.

ARTICOLO XXV.

§. 27. Tutti gli articoli, clausole e condizioni del presente trattato, senza eccezzione, sono obligatorie perpetuamente tanto per Sua Santità il papa Pio VI. quanto per i suoi successori. De obligatione pro successoribus pontificibus.

ARTICOLO XXVI.

§. 28. Il presente trattato sarà ratificato colla possibile maggior sollecitudine. De ratificatione praebenda

§. 29. Fatto, e segnato nel quartier generale di Tolentino dai suddetti plenipotenziari il primo ventoso, anno quinto della repubblica una e indivisibile (19. Febraro 1797. v. s.). Sanctio tractatus.

A. card. Mattei.
L. Caleppi.
L. duca Braschi Onesti.
Camillo marchese Massimo.

Bonaparte. Cacault.



MXCVI.

Dat. die
5 martii1297
anno XXIII.

Concessio tituli archiepiscopalis pro ecclesia Melitensi prævia unione ecclesie Rhodiensis, cum usu pallii, et crucis favore episcopi.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **M**emores Nos quantum decoris, et ornamenti cathedralibus ecclesiis semper pervenerit, quoties a Romanis pontificibus prædecessoribus nostris, tum ob illarum antiquitatem, tum ob alias prærogativas, quibus fulgere dignocebantur, titulis, ac singularibus donis cohonestatæ fuerunt, precibus a venerabili fratre Vincentio episcopo Melitensi Nobis nuper porrectis congruum impertiri suffragium arbitrati sumus.

Descriptio, laudes, et dignitates Ecclesie episcopalis Melitensis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dictus Vincentius episcopus, quod cum ab ipsis quasi Catholicæ Ecclesie incunabulis insula Melitensis Christi fidem amplexa sit ex antiquissimis pariter temporibus de episcopis Melitensibus ecclesiastica historia commemorat. Nam quicquid sit de illorum non infimæ notæ scriptorum opinione, quibus placet publicam, qui naufragum Paulum apostolum hospitio excepit, ut in actis apostolicis 28. 7. fuisse ab eo in episcopatum Melitensem consecratum, illud tamen certum, exploratumque est, jam inde a labente saltem quinto, vel ineunte sexto Ecclesie sæculo, cum saraceni insulam Melitensem circa annum quingentesimum septuagesimum secundum expugnarunt, Melitensi ecclesie proprios præfuisse episcopos: hoc enim cumulatissime evincunt et acta synodi sextæ Romanæ anno quingentesimo primo sub Symmacho papa prædecessore Nostro habitæ, et epistolæ sancti Gregorii magni prædecessoris itidem Nostri ad Lucillum episcopum Melitensem, ad Joannem episcopum Syracusanum, et ad Gregorium Romanum Siciliæ defenso-rem. Hoc denique actiones octava, et decima concilii occamenici Constantinopolitani IV. firmissime probant. Et quamvis durante saracenorum tyrannide nulli fuerint antistites Melitenses, vix tamen ea in libertatem ab infidelium iugo circa annum millesimum octuagesimum quintum vindicata, ex eo tempore incipit nunquam postea intermissa, et ad Nos usque perducta antistitum Militensium series, inter quos plu-

res, ac etiam aliqui Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales, pietatis, religionis, ac doctrinæ opinione vignerunt.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, super hæc, quæ antiquitatem ecclesie Melitensis luculenter comprobant, et ex quibus summa accedit dignitas, unus antistes Melitensis toti insulæ, suisque adjacentibus centum hominum mille plus minus referretis episcopali auctoritate præsit, ac præter capitulum ecclesie cathedralis Paulo apostolo dicatæ, aliæ etiam quinque numerentur collegiatæ ecclesie; cumque insuer postquam inclytus militaris ordo hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani subacta Rhodo anno millesimo quingentesimo vicesimo secundo a Solimano, in insula Melitensi sibi a Carolo V. Romano imperatore anno millesimo quingentesimo trigesimo donata consedit, ex ea die antistites Melitenses semper ex fratribus cappellanis conventualibus magnæ crucis dicti hospitalis fuerint assumpti, vel inter eos certo certius recensiti, ambigi hinc nequeat, quin cathedralis Melitensis inter præcipuas episcopales ecclesias sit habenda, memoratus Vincentius episcopus, quo suæ cathedralis ecclesie splendor, atque subiectorum populorum in se, ac in successores suos devotio, et observantia in dies augeatur, eidem cathedrali ecclesie Melitensi, ejusque antistiti pro tempore existenti titulum archiepiscopi ecclesie archiepiscopalis Rhodiensis in partibus infidelium sitæ, nunc certo modo vacantis in perpetuum uniri, et incorporari, atque ei usum pallii, et crucis impertiri summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Ratio novæ concessionis.

§. 4. Nos igitur hæc omnia serio perpendentes, et archiepiscopalis ecclesie Rhodiensis, quæ etiam interdum Colossensis ob famosum solis colossum in ea insula Asiæ minoris in mari Carpatho erectum dicta fuit, quod fratres hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani per duo, et ultra sæcula inibi commorati, et dominati sunt, ibique maximum iste militaris ordo incrementum suscepit, unde priusquam Melitem migrasset, cognomen jam duxerat, memoriam retinere cupientes, ac eundem Vincentium specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, eumque quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel

Tenor concessionis incipiens ab unione ecclesie archiepiscopalis Rhodiensis.

ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium domtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati archiepiscopalem ecclesiam Rhodiensem eidem cathedrali ecclesiae Melitensi auctoritate apostolica tenore praesentium unimus, et incorporamus, et perpetuis futuris temporibus unitam, et incorporatam esse, et fore declaramus, statuimus, decernimus, et ordinamus; ita ut non modo idem Vincentius Melitae episcopus, sed quicumque pro tempore in episcopali Melitensi cathedra ipsi legitime successerit, una simul nuncupetur, inscribatur, et sit archiepiscopus Rhodiensis, et episcopus Melitensis cum omnibus, et singulis juribus ratione tam episcopalis ecclesiae Melitensis, quam archiepiscopalis ecclesiae Rhodiensis ad ipsum respective spectantibus. Nec propterea eundem archiepiscopum et episcopum ad archiepiscopalem ecclesiam praedictam Rhodii, donec ab infidelibus detinebitur, accedere, et apud eam personaliter residere minime teneri.

Subjectio ecclesiarum unitarum.

§. 5. Praeterea volumus, et mandamus, ut idem episcopus Melitensis, et archiepiscopus Rhodiensis deinceps, ut antea, archiepiscopo Panormitano, cui jamdiu a fel. rec. Hadriano pp. II. praedecessore Nostro per suas apostolicas literas sub plumbo Beneventi sexto idus julii MDLIV. datas veluti suo metropolitano fuit suppositus, semper intelligatur subjectus, et sit, ac nihil ex unione atque incorporatione tituli archiepiscopalis ecclesiae Rhodiensis cathedrali Melitensi, ut praefertur, facta quoad jura metropolitana, quibus archiepiscopus Panormitanus nunc utitur, innovatum esse censeatur.

Concessio tituli archiepiscopalis.

§. 6. Denique statuimus, ac declaramus eundem modernum episcopum Melitensem tenore praesentium absque ulla alia declaratione, sive apostolicarum literarum expeditione reipsa archiepiscopum Rhodiensem esse, ac fore; et nuncupari posse, ac debere; ipsius vero pro tempore Melitensis ecclesiae praedictae praeficiendis antistitibus toties quoties perfici contigerit, per eandem apostolicas sub plumbo pro Melitensi ecclesia expediendas literas, titulum archiepiscopi Rhodiensis conferri debere; facta semper unionis, et incorporationis hujusmodi mentione, quem sane titulum archiepiscopi Rhodiensis ita unitam, et incorporatum esse ac fore

volumus, et praecipimus episcopo Melitensi pro tempore existenti, ut quicumque Melitensis episcopus, si ipsum ab ecclesia episcopali Melitensi ad aliam episcopalem ecclesiam transferri evenerit, relicto archiepiscopi Rhodiensis titulo, alium alterius archiepiscopalis ecclesiae titulum ab apostolica Sede impetrare, et obtinere debeat.

Concessio usus pallii, et crucis.

§. 7. Quo porro ejusdem archiepiscopalis, et episcopalis ecclesiae Melitensis decori magis, magisque intendamus ipsi Vincentio, et pro tempore ei in cathedrali ecclesia Melitensi succedenti usum pallii in solemnitatibus per sacros canones praescriptis celebrandis, et crucis ante se praeferendae per Melitensem civitatem, et dioecesim dumtaxat, et non alibi omnino, sive in alienis dioecesibus, sive in quibuscumque aliis locis archiepiscopo, et episcopo praefato non subiectis, nec etiam de ordinarii loci licentia, nec pariter in civitate, et dioecesi Melitensi praesentibus, vel quolibet dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali, vel quolibet Nostro, et ejusdem Sedis legato, aut nuncio, aut venerabili fratre archiepiscopo Panormitano sub gratiae, et concessionis hujusmodi nullitate, aliisque ad Nostrum, et Sedis praedictae arbitrium infligendis poenis, et dummodo quoad pallium tam dictus Vincentius archiepiscopus episcopi Melitenses, quoties ipsum Vincentium, et archiepiscopum, et episcopum hujusmodi pro tempore existentem viam universae carnis ingredi contigerit, illud ab eadem apostolica Sede servatis de jure, vel consuetudine servandis postulaverit, et de corpore sancti Petri apostolorum principis sumptum a Romano pro tempore existenti pontifice juxta praescriptas sanctiones acceperit, et omnia quae cum archiepiscopis pallia traduntur, servari solita sunt omnino serventur, auctoritate praedicta tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

§. 8. Decernentes easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quicumque cuiusvis status, gradus, ordinis, conditionis, praeminentiae, vel dignitatis, seu alias specifica, et individua mentione, et expressione digni, in praemissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes, iisdem praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, intimati, aut auditi fuerint, tam et si suorum indulgentiarum, vel privilegiorum vigore con-

Omne juris ve medium auferatur quod face re posset ad retardandam harum literarum executionem.

sentire, seu vocari, citari, intimari, et audiri semel vel pluries quoquomodo debuissent, aut ex alia quacumque juridica, privilegiata, et rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam maximo, substantiali, essentiali, formali, aut incognito defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, rescindi, in contrarium revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas appellationis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio quæpiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse: sed easdem præsentem literas, et in eis contenta quæcumque semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore; suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac eidem Vincentio archiepiscopo, et episcopo, et suis pro tempore successoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Sicque et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus præmissis, et quatenus opus sit quacumque Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula in contrarium præmissorum quomodolibet edita, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus, vel specialibus constitutionibus nec non ecclesiarum prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo pi-

scatoris die tertia martii MDCCXCVII, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXCVII.

Dat. die
14 martii
1797
anno XXIII.

Instante magistratu civitatis Valentiniæ extenditur indultum absendi a choro metropolitanæ Valentiniæ, aliisque beneficiis residentiam personalem requirentibus ad omnes cathedricos universitatis Valentiniæ, aliosque officiales nuper erectos.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum magistratus, seu senatorum civitatis Valentiniæ rectorum Nobis expositum fuit, quod postquam alias felices recordationis Alexander pp. VI. prædecessor Noster dictæ civitatis Valentiniæ studium in publicam, ac generalem universitatem erexit, atque instituit, rec. mem. Sixtus pp. V. prædecessor itidem Noster angustiis, ac necessitatibus, quibus eadem universitas studii generalis ob proventuam tenuitatem tunc premebatur, adductus, ex fructibus, redditibus, ac proventibus tunc suppressæ præposituræ metropolitanæ ecclesiæ Valentiniæ decem octo alias præposituras in eadem ecclesia Valentina cum onere præpositis huiusmodi cathedricis nuncupatis apud dictam ecclesiam Valentiniam residendi, nec non illius choro, missarum solemnibus, aliisque divinis officiis interessendi, instituit, quas perpetuo tunc expressis publicis dictæ universitatis cathedris, et ipsis præpositis, ac rectori ejusdem universitatis pro tempore existentibus univit, atque ut ipsi omnibus illis horis, et temporibus, quibus suis officis, et functionibus vacarent, aut scholarium disputationibus, examiniibus, promotionibus, aliisque actibus publicis suæ cujusque facultatis, et professionis adsisterent, et interessent, ad residendum in dicta ecclesia Valentina, et illius choro, ac interessendum divinis officiis minime tenerentur, et nihilominus distributiones quotidianas perciperent, et lucrarentur, perinde ac si statutis horis, et temporibus huiusmodi in dicta ecclesia Valentina, et illius choro residerent, et divinis officiis interessent, perpetuo concessit, et cum præter dictos lectorem,

Memorantur
providentiæ
capite ab aliis
pontificibus fa-
vore Ecclesiæ
Valentiniæ.

et præpositos cathedraticos in eadem quoque universitate lectores, sive cathedralici sacre theologiæ, sacrorum canonum, institutionum civilium, et imperialium, philosophiæ, mathematicæ, et linguæ Hebræicæ essent, felicitis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor pariter Noster, precibus dicti magistratus, seu senatorum tunc existentium sibi hisce desuper humiliter porrectis inclinatus, justissimisque de causis indultum a memorato Sixto prædecessore, ut præfertur, rectori, et præpositis cathedralicis concessum, ad alios omnes lectores, seu cathedraticos dictæ universitatis Valentiniæ, atque etiam quoad alias ecclesias præter metropolitanam ecclesiam Valentiniam, in quibus lectores seu cathedratici prædicti beneficia simplicia personalem tamen residentiam requirentia extendit, et ampliavit, prout in ejusdem Benedicti prædecessoris in simili forma Brevis die decima martii millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus uberius dicitur contineri.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ab anno usque millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, sic disponente claræ memoriæ Carolo III, dum vixit, Hispaniarum rege catholico in eandem Valentiniam universitatem nova studiorum methodus, ac forma fuerit inducta, eaque propter numerum lectorum vel perpetuorum, vel ad tempus auctus sit, novique fuerint deputati bibliothecarii, qui insigni recens collectæ bibliothecæ præessent, quorum aliqui beneficia simplicia in cathedralibus, ac collegiatis, et aliis ecclesiis parochialibus possident, a nonnullis vero in dubium vocetur, nam hos quoque Benedictinum indultum prædictum complectetur, Nobis propterea dicti exponentes ad sedandam, tollendamque omnem controversiam, ac difficultatem humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, quibus ex sacri ministerii humilitati Nostræ ex alto commissi officio ea omnia curare incumbit, quæ ad majorem catholicæ fidei, divinique cultus propagationem, et incrementum spectare dignoscuntur, cum ex scientiarum, ac bonarum, et liberalium artium studiis innumera propemodum commoda religioni, ac reipublicæ dimanent, ipsorum exponentium votis quantum cum Domino possumus favo-

rabiliter annuere volentes, eorumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati memoratum indultum a dicto Benedicto prædecessore omnibus, et singulis lectoribus dictæ universitatis pro tempore existentibus non residentibus in dicta ecclesia Valentina, et illius choro, nec interessendi divinis officiis, ac ab eorum ecclesiis, in quibus beneficia simplicia personalem residentiam requirentia pro illis diebus, et horis, ac temporibus, in quibus suis officiis, et functionibus actu ipso vacarent, aut scholarium disputationibus, examinibus, promotionibus, et aliis actibus publicis suæ cujusque facultatis, et professionis personaliter adsisterent, et interessent, et nihilominus distributiones quotidianas percipiendi, ut præfertur, concessum ad quoscumque alios, quos memorata nova methodus, seu forma complectitur, ad pro-rectorem scilicet, cathedraticos perpetuos, vel ad tempus sacre theologiæ, canonum, juris civilis, artis medicæ, philosophiæ, mathesis, astronomiæ, physicæ experimentalis, ethicæ, historiæ, linguarum quarumcumque, illorumque substitutos, graduatos, qui in dictis facultatibus, ac artibus pro scholarium utilitate, ac profectu academias habent, ad bibliothecarios, atque ad alios quoscumque nunc, vel pro tempore, ad alias forsitan noviter erigendas cathedras, aut officia deputandos, quibus quomodolibet statis horis universitati prædictæ interesse incumbat, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo extendimus, et ampliamus, nec non eisdemque supra memoratis modernis, et quomodolibet pro tempore existentibus lectoribus, sive cathedralicis, cæterisque personis prædictis memoratæ universitatis studii generalis Valentini, ut ipsi durante eorum lectoratus, seu cathedratici, vel substituti, et graduati, aut alio quolibet officio prædicto pro illis diebus, et horis, in quibus scholæ, aut academice habentur, ipsique lectores, sive cathedratici, cæterique prædicti suis respective officiis, et functionibus actu ipso vacaverint, aut scholarium disputationibus, examinibus, promotionibus, aliisque actibus publicis suæ cujusque facultatis, et professionis personaliter in-

Dubia subor-
ta super intel-
ligentia conces-
sionum.

Tenor novæ
declarationis,
seu concessio-
nis.

terfuerint, ab eorum respective ecclesiis, in quibus beneficia simplicia personalem tamen residentiam requirentia, quocumque nomine nuncupata, seu etiam non simplicia obtinebant, licite abesse, ac interim omnia, et singula eorum respective beneficiorum fructus, redditus, et proventus, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque, nec non distributiones etiam quotidianas ordinarias, et extraordinarias, quomodolibet nuncupatas, et in quibusvis rebus consistentes, ac undecumque provenientes, ac etiam solis præsentibus, et divinis officiis, singulisque diurnis, et nocturnis horis interessentibus dari, et præstari, ac per eos percipi, et haberi solita, et ad lectores, sive cathedraticos, ceterosque prædictos, si in dictis eorum respective ecclesiis personaliter residerent, ac officiis, et horis prædictis assidue interessent spectantes, et pertinentes percipere, exigere, et levare, ac in suos respective usus, et utilitatem convertere libere, et licite valeant, respective cum ea integritate, cum qua illos, illa, et illas percipere, exigere, et levare possent, si in eorum respective ecclesiis personaliter residerent, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo itidem concedimus, et indulgemus.

Sanctio poenalis.

§. 4. Mandantes propterea dilectis filiis capitulis, seu canonicis, aut beneficiatis ecclesiarum prædictarum, cæterisque, ad quos fructuum, et distributionum hujusmodi traditio nunc quomodolibet spectat, et spectabit in futurum in virtute sanctæ obedientiæ, ut statim, visis præsentibus, omnia, et singula fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque, nec non distributiones etiam quotidianas hujusmodi cum mora, et dilatione postpositis, eisdem modernis, et pro tempore existentibus lectoribus sive cathedraticis, cæterisque personis prædictis, seu eorum legitimis procuratoribus, durante eorum lectoratus tempore juxta tenorem præsentium realiter, et cum effectu tradant, et consignent, seu ab aliis tradi, et consignari curent, et faciant.

Clausula subtilis, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac dictis lectoribus, seu cathedraticis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici audi-

tores judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio causarum curiæ cameræ apostolicæ auditori generali, nec non venerabili fratri archiepiscopo Valentino, nec non dilecto itidem filio archidiacono ecclesiæ Valentiniæ per præsentibus committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, et in eis contenta quaecumque ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte lectorum, seu cathedraticorum hujusmodi fuerint requisiti solemniter publicantes illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate Nostra illos præmissorum omnium, et singulorum commodo, et effectu pacifice frui, et gaudere, non permittentes illos deasper a quoquam quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, pœnas ecclesiasticas, aliqua opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, ac quarumcumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice demtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ

Fides habenda transumptis.

adhiberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta martii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXCVIII.

Dat. die
21 martii
1797
anno XXIII.

Supplicante episcopo Plocensi facultas eidem episcopo confirmandi cessionem cujusdam prædii ab eodem episcopo xenodochio sanctissimæ Trinitatis factam conceditur.

Venerabili fratri episcopo Plocensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Expositio præcæm.

§. 1. **F**raternitatis tuæ nomine nuper Nobis expositum fuit, quod alias anno nempe millesimo septingentesimo nonagesimo primo quoddam prædium advocatia trium Mansorum in villa Gromino nuncupata mensæ tuæ episcopali devolutum ab ista civitate Plocensi miliaria circiter quinquaginta dissitum de capitulo tuæ cathedralis ecclesiæ consensu, ac reservato beneplacito apostolico domui, et xenodochio sanctissimæ Trinitatis, seu sororibus charitatis ejusdem civitatis Plocensis pro commodiori domus, seu xenodochii hujusmodi sustentatione fuit a te applicatum, et unitum, ac subinde quod interim dilecti filii monachi monasterii ordinis sancti Benedicti ab eadem civitate Plocensi, in cujus territorio plura bona possidebant ad oppidum civitatem nuncupatum Pultoviensem fuerit translatum, quo tum eadem sorores, tum prior dicti monasterii Pultoviensis facilius res suas administrarent, inter eos de permutanda advocatia prædicta cum bonis ad dictum monasterium spectantibus in territorio Plocensi sitis de tui, ac capitulo prædicti consensu, reservato pariter beneplacito apostolico, confecta fuit stipulatio, quæ utrique contrahenti quammaxime utilis fuit: hinc eadem fraternitas tua, quo tum applicatio, seu unio dictæ advocatiæ domui, seu xenodochio prædicto a te, ut præfertur, facta, tum enunciata bonorum permutatio suum sortiantur effectum æque firmiter subsistant, et serventur exactius a te apostolicæ Nostræ auctoritatis patrocinio, ac beneplacito per Nos communi summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorumque singulas personas quorum interest, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, ac mandamus, ut veris existentibus narratis, enunciatam cessionem advocatiæ memoratæ domui, seu xenodochio auctoritate Nostra apostolica confirmes, ac valide, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in ea quomodolibet intervenerint, suppleas, et sanes, cæteraque omnia super præmissis geras, statuas, atque decernas juxta petita, quæ pro tuo arbitrio, et conscientia magis in Gromino expedire judicaveris salva tamen semper ejusdem congregationis auctoritate.

Penor. concessio-
nis.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisque ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub
lata, et decre-
tum irritans.

§. 4. Non obstantibus felicitis recordationis Pauli pp. II., aliisque de rebus Ecclesiæ non alienandis apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vice-

Derogatio con-
trariorum.

sima prima martii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

Dat. die
24 martii
1797
anno XXXIII

MXCIX.

Facultas ministro provinciali provinciae Catalanae ordinis Cappuccinorum vendendi duo praediola, et erogandi pretium in reparationem fabricae conventus, ejusque ampliationem.

Dilecto filio
Hermenegildo a Barchinone
fratri expresse professo, ac ministro provinciali provinciae Catalanae ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecisti, quod duo agella, quorum alterum conventui Barchinonensi tui ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum contiguum est, alterum suo viridario adhæret nunc eidem conventui prorsus inutilia sint, esset vero e contra quammaxime proficuum si hisce alienatis praediolis, illorum pretium in laxandam, ampliandamque fabricam ejusdem conventus nimis fratribus ibi commorantibus incommodam, atque angustam, vel in reparandos alios conventus ejusdem ordinis ob supererimum bellum pene dirutos erogaretur, cum ex constitutionibus dicti ordinis auctoritate apostolica confirmatis eorundem praediorum dominium ad Sedem apostolicam spectat. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te, ac fratres dicti conventus specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, cum ad id etiam definitorii, et fratrum seniorum conventus praedicti accedat consensus, atque attenta dilecti filii ministri gene-

ralis ejusdem ordinis relatione, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi mediante persona syndici conventus praedicti eadem agella, quibusvis personis meliorem conditionem offerentes, et pro pretio justo, et rationabili auctoritate Nostra apostolica vendendi, et alienandi, seu vendi, et alienari, pretiumque inde redigendum in fabricam ejusdem conventus Barchinonensis, aut in alios conventus pene dirutos dicti ordinis reparandos, erogandi, seu erogari faciendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium concedimus, et impertimur. Non obstantibus felicis recordationis Pauli pp. II., et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod pecunia ex venditione, seu alienatione hujusmodi proveniens unico contextu in rem supra expressam erogetur, vel saltem pretium praedictum apud montem Pietatis, vel personam fide, et facultatibus idoneam deponatur: ita tamen ut pretium sic depositum nisi ad effectum illud, aut in laxandam, ampliandamque pro commodiori fratrum habitatione conventus praedicti fabricam, aut in memoratas dirutorum conventuum reparationes convertendum amoveri possit. Datum Romae apud sanctum Petrum sub aenulo piscatoris die vicesima quarta martii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.



Dat. die
7 aprilis
1797
anno MDCCLXXVII.

MC.

Declaratio literarum apostolicarum concessarum, sub die tertia junii 1796. pro duce Bavariae.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quae a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris saepe constituta sunt de jure quaesito non tollendo, ea profecto satis aperte prohibent, ne indulta a Nobis cuicumque concessa trahantur in detrimentum alterius, cujus jura non fuerint antea Nobis probe cognita, ac rite perspecta, atque in Nostro indulto iustis de causis sublata cum expressa derogatione.

Referuntur
quae locum ha-
buerint in se-
quelam inite
conventionis.

§. 2. Sane cum pro parte dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Theodori ducis Bavariae, et sacri Romani imperii principis electoris palatini, nec non dilectorum filiorum moderni praepositi praepositurae Berchstegadensis, nullius, provinciae Salisburgensis, et decani, et canonicorum; et capituli ejusdem praepositorum ecclesiae Berchstegadensis expositum Nobis fuerit, in tam inter eos fuisse solemnem conventionem sub diebus xvi. et xviii. aprilis MDCCXCV. per quam mensa praepositorum certam territorii partem cum fodinis salinariis sibi antea a ducibus Bavariae assignatam eidem Carolo Theodoro duci retrocessit sub pactis, et conditionibus praepositorum proficuis, praetereaque expedita fuerit illius conventionis confirmatio apostolica, quae stante necessitate, aut utilitate ecclesiae nunquam denegari solet, ideo Nos per Nostras literas in forma Brevis signatas sub die iii. junii MDCCXCVI. commisimus venerabili fratri Aemygdio archiepiscopo tum Rhodi, nunc vero Jeonii apud eundem Bavariae ducem electorem palatinum Nostro, et apostolicae Sedis nuncio, ut consilio sibi de veritate narratorum, ac de utilitate contractus, illam auctoritate Nostra apostolica confirmaret, et adprobaret. Subinde vero Aemygdus archiepiscopus cum narratorum veritatem, atque utilitatem contractus satis perspectam esse censuerit, contractum illum sub die prima augusti MDCCXCVI. confirmare, ac adprobare minime dubitavit. Quae quidem confirmatio apostolica per Nostras literas, et decretum Aemygdii archiepiscopi interposita eo tam spectat,

ut pro validitate contractus inchoati super bonis ecclesiasticis removeatur impedimentum constitutionum apostolicarum de rebus Ecclesiae non alienandis.

§. 3. Cum autem ad Nos perlatum fuerit, contractum illum aliis de causis in literis Nostris nullo modo expressis fortasse subsistere non posse; nimirum sive ex defectu consensus charissimi in Christo filii Nostri Francisci archiducis Austriae, Hungariae, et Bohemiae regis in Romanorum imperatorem electi, sive ex defectu solemnitatum praescriptarum a constitutione Germanica, sive demum ex juribus, quae in ea territorii parte ac fodinis salinariis sibi adserere contendit metropolitana ecclesia Salisburgensis.

Declaratur cur
conventio ipsa
suis stare viri-
bus non possit.

§. 4. Nos, qui per contractus adprobationem neque juribus praepositurae Berchstegadensis in illo territorio quidquam addere volumus, neque quidquam detrahere ex juribus aliorum quorumcumque interesse habentium in illo territorio ex contractu, expresse declaramus, constituimus, ac praecipimus, confirmationem apostolicam illius contractus servandam esse tantummodo pro juribus praefatae mensae praepositorum in memorato territorio, ac fodinis salinariis, quae a constitutionibus apostolicis proficiscebatur; nihil autem prodesse ad sanandas, tollendasque alias nullitates aliis ex causis fortasse promanantes, pariterque nihil obesse juribus memorato Francisco imperatori, atque ecclesiae metropolitanae Salisburgensi, seu cuicumque alteri fortasse competentibus in illo territorio, et contractu, ita ut si ex hujusmodi juribus, et nullitatibus contractum illum irritum esse oporteat, nullius pariter roboris ac momenti esse debeat confirmatio apostolica per Nostras praefatas literas, ac decretum Aemygdii archiepiscopi desuper interposita.

Et ideo praefi-
nitur quibus
in terminis pro-
cedere debet
apostolica con-
firmatio.

§. 5. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et defini debere, ac irritum; et inane si secus super his a quoquam quavis

Clauula sub-
lata et decre-
tata irritans.

auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio constitutorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

Dat. die
7 aprilis
1797
anno XVIII.

MCI.

Deputatio superiorum pro fratribus ordinis sancti Augustini congregationis observantiæ Lombardiæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriã

Promissam.

§. 1. Inter multiplices, atque gravissimas sollicitudines, quibus pro universi gregis Domineici procuratione Nobis ex alto commissa in hisce præsertim difficillimis Ecclesiæ temporibus quotidie urgemur, de christifidelibus quoque, qui se sub suavi religionis jugo Deo propius famulari susceperunt, peculiarem curam gerere, atque in iis, per quæ prudenter illorum statui consilium, auctoritatem Nostram libenter interponere tenemur, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Ob temporum angustias impetratur suspensio celebratio- nis capituli generalis.

§. 2. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii vicarius generalis, et superiores fratrum eremitarum ordinis s. Augustini congregationis observantiæ, Lombardiæ, quod propediem nempe in proximo mense maio in civitate Astensi cogendum esset capitulum generale ordinis, et congregationis prædictorum, et in eo novus vicarius generalis, cæterique superiores eligerentur: verum cum hodiernæ res Italiæ non ferant, ut capitulum hujusmodi commode convocari possit: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Deputantur sa- periores ordi- nis, cisque pri- vilegia consu- ta concedun- tur.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, atque illos, designandorumque superiorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine quavis oc-

casione, vel causa lafis, si quibus quomolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati prævia dilatione proximi futuri capituli generalis prædicti in aliud tempus juxta statutorum, ac constitutionum ordinis, et congregationis hujusmodi auctoritate apostolica confirmatorum præscriptum, a die qua proximum dictam capitulum generale habendum esset computandum, dilectos filios Joannem Nicolaum Badini in vicarium generalem, Thomam Salomoni, Thomam Verani, Carolum Stoppani, et Prosperum Garzini in definitores, Angelum Remugotti, et Dominicum Rabiolio in visitatores, Franciscum Augustinum Allione in procuratorem generalem in hac Nostra alma Urbe, Josephum Mascheroni in secretis ordinis, et congregationis prædictorum, Josephum Mussi in conventus s. Mariæ de Populo dictæ Nostræ almæ Urbis omnes fratres expresse professos ordinis, et congregationis hujusmodi, de quorum fide, prudentia, religione, ac regularis disciplinæ zelo plurimum in Domino confidimus, ad dictum tempus dumtaxat auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, facimus et nominamus. Ipsisque Joanni Nicolao, Thomæ Salomoni, Thomæ Verani, Carolo, Prospero, Angelo, Dominico, Francisko, Josepho Mascheroni, et Josepho Mussi, ut durante termino prædicto omnibus, et singulis juribus, præeminentiis, prerogativis, auctoritate, jurisdictione, facultatibus, gratiis, indulgiis, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis uti, frui, et gaudere debeant perinde ac si in frequenti capitulo generali ad sua respective munera electi fuissent, auctoritate, et tenore præsentis statuimus, et decernimus, ac respective concedimus, et indulgemus. Quo porro cæteris, quæ in capitulo generali a definitorio constitui, ac decerni solent, scite, ac prudenter prospiciatur.

§. 4. Volumus, ut ea, quæ ad classem ditionis Nostræ pontificiæ spectant a memorato Joanne Nicolao postquam vicarii generalis officium inierit una cum officialibus, seu superioribus suæ classis, quæ ad classem Pedemontanam a dilecto filio Josepho Secundo Mussi, qui ab officio vicarii generalis abiit, cum officialibus, seu superioribus suæ classis respective disponantur, ac decernantur: eaque haberi debeant, perinde ac si a definitorio sancita fuissent auctoritate, et tenore præsentis districtè præcipimus:

Declarationes speciales.

atque insuper eidem Joanni Nicolao novo vicario generali omnes, et singulas facultates, et auctoritatem peculiare, ac proprias definitorii prout jam in more, ut asseritur, positum est, auctoritate, et tenore præsentis tribuimus, et impertimur.

Sanctio poenalis.

§. 5. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro infligendis pœnis, omnibus, et singulis superioribus, prioribus, fratribus, ac personis quibuscumque ordinis, et congregationis prædictorum, ut eosdem Joannem Nicolaum, Thomam Salomoni, Thomam Verani, Carolum, Prosperum, Angelum, Dominicum, Franciscum Josephum Mascheroni, et Josephum Mussi suis respective muneribus, illorumque libero exercitio juxta tenorem præsentium suagi sinant, et permittant, eisque in omnibus, et per omnia ad munera, et officia prædicta quomodolibet pertinentibus, et spectantibus prompte pareant, et obediant; faveant, et adstant respective, ac decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suasque plenarias, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac memoratis superioribus, ac fratribus ordinis, et congregationis prædictorum in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Petram sub annulo piscatoris die septima aprilis millesimo

septingentesimo nonagesimo septimo pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MCH.

Dat. die
28 aprilis
1797
anno XXXIII.

Confirmatio sententiæ latæ a sacra congregatione Boni Regiminis in causa acta a variis communitatibus, cum civitate Fanensi.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis fecerunt dilecti filii homines Nostrarum communitatum comitatus Fanensis cis, et ultra Metaurum nempe Carticeti, Saltariæ, Serrongarinæ, Barnei, Ripaltæ, Montis Jani, Puteoli, Serbolonghi, et Insulæ quod cum alias in congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium Boni Regiminis intra easdem communitates exponentes ex una, et dilectos filios magistratum civitatis Nostræ Fanensis ex altera parte gravis, et sumptuosa lis mota sit, de, et super modo bona intra earundem communitatum territoria sita in censum deferendi, ac vectigalia exigendi num scilicet hæc bona a quibusvis personis sive in iisdem territoriis, sive quovis alio loco commorantibus possessa in censum locorum vectigalibus essent subjecta ad formam literarum apostolicarum in simili forma Brevis a fel: rec: Paulo pp. V. sub die septima octobris anni MDCXLI. expeditarum, an potius juxta alias in simili pariter forma Brevis a fel: rec: Gregorio pp. XIII. prædecessore itidem Nostro die xv. julii anni MDLXXVII. expeditas literas, et transactionem inter easdem communitates, et magistratum Fanensem xxviii. aprilis anni MDLXXXIX. stipulatam habenda esset ratio locorum, in quibus eorumdem bonorum possessores debebant, tandem referendo dilecto filio magistro Paulo Emilio Petrucci xii. viro dictæ congregationis memoratæ communitates exponentes causam vicerunt, ac subinde fuit publicata sententia tenoris qui sequitur.

Expositio præcun.

§. 2. Philippus titulo sancti Eustachii S. R. E. diaconus cardinalis Candiani sac: congregationis Boni Regiminis præfectus a ssmo Domino Nostro pp. specialiter electus, et deputatus. No-

Tenor sententiæ latæ a sacra congregatione Boni Regiminis.

verint universi, et singuli hoc præsens publicæ sententiæ instrumentum visuri, lecturi, legique pariter audituri quomodolibet vertente lite, et causa coram sac. congregatione Boni Regiminis inst. R.P.D. Petrucci ponente inter perillustres communitates Carticeti, et litis etc. ex una, et illam communitatem Fani ex altera partibus, in eaque lite, et causa visis videndis, consideratis considerandis, servatisque omnibus de jure, et de stylo curiæ servari solitis, citatoque hic in curia per cursores s. m. d. Felice Belli procuratore dictæ communitatis Fani, tandem die infrascripta R.P.D. ponens suam tulit definitivam sententiam tenoris sequentis, videlicet Christi nomine invocato = Pro tribunali sedentes, et solum Deum præ oculis habentes per hanc Nostram definitivam sententiam quam de voto sac. congregationis Boni Regiminis, et peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa, et causis, quæ primo, et in prima coram eadem sac. congregatione nobis ponente versæ fuerunt, et vertuntur instantiæ inter illustres communitates Carticeti, Saltariæ, Puteoli, Serrongarinæ, Barnei, Ripaltæ, Montis Fani, Insulæ, et Serboluoghi cis, et ultra Metaurum actrices ex una, et illustrissimam communitatem Fani ex altera partibus, de, et supra allibratione, et collectatione bonorum existentium in respectivis territoriis dictarum communitatum actricium, et a quibusvis personis sive in eisdem territoriis, sive quovis alio loco domiciliatis possessionem faciendam in loco ubi bona sita sunt ad formam Brevis s. m. Pauli V., rebusque aliis in actis causæ latius deductis ad quæ etc., inhærendo resolutionibus s. congregationis emanatis diebus vi. decembris MDCCXCIV., et xiii. junii anni currentis MDCCXCV., in quarum prima proposito dubbio = An prosequenda sit allibratio, et collectatio bonorum ad formam Brevis Gregoriani, et transactionis MDLXXXIX., seu potius ea sit facienda in loco ubi bona sita sunt ad formam Brevis Pauli V. in casu etc. Responsam fuit = Negative ad primam partem, affirmative ad secundam = et in altera posteriori responsum fuit = In decisis, et ad dominum ponentem pro expeditione = dicimus, pronunciamus decernimus, declaramus, ac definitive sententiamus bona existentia in respectivis territoriis dictarum communitatum actricium, et possessa a quibusvis personis etiam exteris, ac præsertim a civibus, aliisque forensibus quovis loco ubi sita sunt ad formam Brevis s. m. Pauli V. prout allibrari, et collectari volu-

mus, et mandamus, collectasque omnes, taxas, onera, impositionesque super bonis existentibus in dictis territoriis, et a quibusvis personis ut supra possessis legitime indicatas, et imposterum indicendas camerariis, exactoribus, aliisque officialibus dictarum communitatum actricium respective solvandos fore, et esse prout solvi volumus, et mandamus in omnibus, et per omnia ad formam dictarum resolutionum, et pro præmissorum effectu mandatum, seu mandata quæcumque de, et super necessaria, et opportuna decernenda, et relaxanda fore, et esse prout decernimus, et relaxamus, et pro decretis, et relaxatis haberi volumus, et mandamus, exceptionesque tam Brevis s. m. Gregorii XIII, quam transactionis anni MDLXXXIX. initæ inter communitatem Fani ream conventam, et supradictas communitates, seu castra comitatus ejusdem civitatis Fani actrices, in cujus capitulo sexto præscribatur observandum esse Breve Gregorii XIII. pro collectatione honorum in loco domicilii, aliasque omnes, et singulas ex parte dictæ civitatis Fani datas, atque propositas nullius esse roboris, et momenti, et tanquam nullas, irritas, et inanes rejiciendas fore, et esse prout Nos per præsentis rejicimus, et pro rejectis haberi volumus, et mandamus, perpetuumque silentium super præmissis imponendam fore, et esse, prout imponimus, partemque victam victrici in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, et definitive sententiamus non solum etc. sed et omni etc. = ita pronunciat Paulus Æmilius Petrucci ponens = data, lata, et publicata fuit die xxvi. junii currentis anni MDCCXCV. = Quæ omnia vobis omnibus, et singulis supradictis, ac vestrum cuilibet in solidum tenore præsentium intimamus, et ad vestram notitiam deducimus, ut nullo unquam tempore ignorantiam aliquam allegare valeatis. Volimus tamen quod præsens instrumentum sententiæ valeat ad effectum ostendendi tantum, non autem ad effectum exequendi, alias executio vigore ipsius facta nulla sit, et invalida; prout Nos illam nullam, et invalidam nunc prout haberi volumus, et declaramus In quorum fidem etc. Datum Romæ ex ædibus nostris hac die xxx. decembris a nativitate MDCCXCVI. Paulus Æmilius Petrucci ponens = Antonius Bassetti A. C. et ss. congregationum notarius.

Preces porre-
ctae pro con-
firmatione rei-
judicatae.

§. 3. Post hæc magistratus Fanensis cum semel, ac iterum, ut præfertur, liti hujusmodi ceciderit, eandem litem solemniter renunciavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat memoratæ communitates exponentes, quo præinserta sententia firmitus subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis patrocinio communitati summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolice confirmationis.

§. 4. Nos igitur easdem communitates exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illarumque hominum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertam sententiam, atque omnia in ea contenta auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac singulos juris, et facti defectus si qui desuper in ea quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus; salva tamen semper ejusdem congregationis ecclesiasticæ etc.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et spectabit in futurum plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscunque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit memorati Gregorii prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac denique contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima octava aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MCHII.

Dat. die
2 maii
1597
anno XIII.

Instante Domino cardinali Gerdil protectore collegii ecclesiastici de urbe confirmantur nonnulla statuta, et rescripta illud collegium respicientia.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **Q**uamvis plura, atque plura sint, quibus in hisce difficillimis universalis Ecclesiæ temporibus, nisi Dominus Noster Jesus Christus ex singulari misericordia, ac bonitate sua adjuvaret Nos, quasi obrueremur, inter tot tamen de iis quoque peculiarem curam suscipere tenemur, quæ a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris ad ecclesiasticam disciplinam in hac alma urbe Nostra tuendam scite, prudenterque fuerunt constituta, ut si ex misera humanarum rerum conditione collapsa quodammodo sint, ad suum pristinum restituantur candorem, ac conserventur, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Noster Hyacinthus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Gerdil nuncupatus apud Nos, et apostolicam Sedem collegii ecclesiastici hujus almæ urbis Nostræ protector; quod alias fel: rec: Innocentius pp. XII. prædecessor Noster, translato valetudinario pauperum sacerdotum sæcularium de urbe a domo, in qua a quondam Joanne Antonio Vestri fuerat fundatum, ad palatium in civitate Leonina, seu Burgo situm ab eodem Innocentio prædecessore emptum inibi collegium, seu seminarium ecclesiasticum pro presbyteris, et clericis sæcularibus in eadem alma urbe pro tempore commorantibus, ut sacris studiis sedulam operam navare possent, atque hinc utiles exurgerent ministri in Ecclesia Dei, sub certis ab eo præscribendis regulis instituit, atque erexit: eique bona, jura, actiones quomodolibet dicto valetudinario spectantia, vel ea, quæ in futurum pertinere possent, pro ejusdem collegii, seu seminarii ecclesiastici exhibitione, salva tamen prius valetudinari prædicti manutentione, univit, atque incorporavit, atque etiam collegii hujusmodi regimini, et administrationi congregationem unius seu plurium ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, ac ex nonnullis Romanæ curiæ præla-

Expositio precum protectorum a cardinali protectore.

tis, aliisque ecclesiasticis viris a Romano pontifice pro tempore deputandis præfecit, prout in ejusdem Innocentii prædecessoris in simili forma Brevis die vicesima octava junii anni millesimi sexcentissimi nonagesimi noni expeditis literis uberius continetur.

Conventiones
initæ cum cler-
icis congrega-
tionis paupe-
rum matris Dei
super guberno,
et directione
valetudina-
rii.

§. 3. Quod si morte præventus memoratus Innocentius prædecessor leges, ac statuta, quæ ab alumnis, seu convictoribus dicti collegii erant servanda, ferre nequiverat, bonæ mem. tamen Renato, dum vixit, presbytero cardinali Imperiali nuncupato; qui fuit primus ejusdem collegii protector, curæ fuit, statuta, ac leges prædictas concinnare, atque auctoritate fel. rec. Clementis pp. XI. prædecessoris itidem Nostri præscribere, quibus inter cætera cavetur, ut convictoribus hujusmodi ultra triennium in eodem collegio commorari minime fas sit, facta tamen facultate cardinalibus protectoribus pro tempore existentibus triennium prædictum proterum, ac temporam ratione ad aliud eis benevisum tempus prorogandi. Et dum anno 1712. memoratus Renatus cardinalis apprimè utile fore arbitratus est, ut in eundem collegium dilectos filios clericos regulares congregationis pauperum matris Dei scholarum piarum nuncupat. induceret, qui tum interiori collegii disciplinae, tum convictorum ordini, cum valetudinarii directioni præessent, ipso pariter Clemente prædecessore approbante nonnullis pro re nata inter eundem Renatum cardialem, et congregationem prædictam ex una, et rectorem generalem dictæ congregationis clericorum regularium ex altera parte fuerunt conventi articuli, qui subinde sub die 4. junii anni 1723. ad publicam instrumentum fuerunt redacti tenoris, qui sequitur.

I.

§. 4. L' eminentissimo signor cardinal protettore, e l' illustrissima congregazione de' signori deputati ammetteranno (avendone avuto il beneplacito da Nostro Signore) per la cura, e governo del collegio di Borgo sei religiosi delle scuole Pie, cioè tre sacerdoti, e tre fratelli operarij, li primi per esercitare le cariche di rettore, confessore dell' infermeria, e l' economia, e li tre fratelli uno per fare il cuoco, e l'altro il refettoriere e portinajo insieme, ed il terzo il sotto infermiere.

De religiosis
admittendis ad
langenda mu-
nera in valetu-
dinario.

II.

§. 5. Che in occasione, che dimorano li detti religiosi nel collegio non s' intenda concessa giurisdizione alcuna al reverendissimo padre generale, nè ad altri superiori della detta religione sovra il medesimo collegio, ma bensì se li lascia tutta l' intiera sua giurisdizione sovra li religiosi pro tempore, che vi dimoreranno, quali possa visitare ad formam delle proprie costituzioni, ed esigere il conto di quello, che si assegna alli medesimi religiosi per vestiario come anche dellè limosine delle loro messe. Li conti poi dell' amministrazione del medesimo collegio dovranno darsi mese per mese all' illustrissimo signor deputato sovra l' amministrazione, e di più circa la nominazone, e deputazione de' soggetti, quali debbano in tutto, e per tutto dipendere dal reverendissimo procuratore generale pro tempore, nè da altri superiori.

De jurisdictione
patris generalis,
aliorumque superiorum
in collegio

III.

§. 6. Alli suddetti regolari sei religiosi se li darà il vitto degli altri preti del collegio, stanze, e letti, e tutte le altre biancherie, che suol dare il collegio, mobili delle stanze a modo religioso, medicinali, ed infermeria solita a darsi ad altri sacerdoti.

De tractatione
religiosorum.

IV.

§. 7. Le messe si lasciano alli medesimi religiosi, o per dir meglio, alla disposizione del padre rettore, secondo l' uso della religione per i loro bisogni, ed inoltre se li daranno per il vestiario ogni anno scudi dieci per ciascheduno, da pagarsi al padre rettore pro tempore ogni sei mesi pro rata.

De celebratione
missarum
libere eisdem
religiosis concedenda.

V.

§. 8. Circa l' uffizi del rettore, confessore, ed economo, ed altri inferiori dovranno i detti padri osservare le regole del collegio, come anche le regole del medesimo, circa la disciplina, governo, ed altre cose spirituali, senza pregiudizio delle loro proprie spirituali funzioni, e particolarmente la visita dello spedale di s. Spirito solita a farsi una volta il mese da due sacerdoti convittori.

De regulis a
religiosis in col-
legio servandis.

VI.

De conferen-
tiis spiritali-
bus instituen-
dis.

§. 9. Ogni domenica, cioè l'inverno la sera dopo un'ora di notte, e l'estate verso le venti in circa, o altra ora che il padre rettore stimerà più propria, dovrà il padre rettore, o altro religioso da deputarsi dal medesimo fare una conferenza, e discorso spirituale nella cappella del collegio, qual conferenza debba regolarsi, secondo quella, che si pratica nella conferenza della missione, e come stimerà meglio il padre rettore, trattando sempre di materie appartenenti all'ecclesiastica; e però dovranno discorrere sopra i punti proposti, prima i due preti, e poi il padre.

VII.

De ceremoniis
addiscendis
pro missæ cele-
bratione.

§. 10. Una volta la settimana, cioè il martedì, nelle ore dette di sopra si dovrà fare una conferenza che duri meno di un'ora, in cui si proveranno le cerimonie della messa, con far provare ora ad uno, ora ad un'altro sacerdote secolare la messa privata, e qualche volta la messa solenne, oppure si tratterà delle rubriche del divino uffizio, procurando quel religioso che assisterà imprimere sentimenti tali di far bene le dette cerimonie, in modo, che restino persuasi dell'importanza delle medesime.

VIII.

De lectione sa-
cræ scripturæ,
et concilii Tri-
dentini quali-
bet die veneris
facienda.

§. 11. Ogni venerdì nell'ore dette di sopra si leggerà un capitolo della sagra scrittura, e si farà una conferenza sopra la medesima per uniformarsi al sagra concilio di Trento, ed affinché gli ecclesiastici siano in qualche modo istruiti della sagra scrittura; qual conferenza durerà per mezz'ora, in cui quel che legge il capitolo dirà in volgarè la sostanza del medesimo con qualche riflessione, e poi il padre compirà la mezz'ora.

IX.

De conscientia
casibus dissol-
vendis.

§. 12. Si farà o nel martedì in luogo delle cerimonie, o nel venerdì in luogo della sagra scrittura, almeno una, o due volte il mese una conferenza de' casi morali pratica, cioè si figurerà il penitente, che accusasi, ed il confessore che l'interroga, e ciò si farà da due

preti secolari procurando il padre che assiste di correggerli, ed istruirli.

X.

§. 13. Si concede a detti reverendi padri la lettura de' casi morali incominciata da molto tempo, e proseguita dal reverendissimo padre generale de' carmelitani, ogni volta che detto padre generale già introdotto non volesse proseguire, sua vita durante, ed in sua assenza non possa sostituire altro religioso.

Idem ut supra

XI.

§. 14. Per ultimo per maggiore stabilità de' suddetti capitoli, e convenzioni saranno sottoscritti dall' eminentissimo cardinal protettore del collegio, ed ospizio, e dal reverendissimo padre generale delle scuole Pie facendone due copie una da consegnarsi nell'archivio del medesimo collegio, e l'altra nell'archivio di detta religione.

Factum de ra-
tificatione con-
ventionum præ-
benda a prote-
ctore, et gene-
rali.

§. 15. Questo di 19. giugno 1712. G. R. card. Imperiali approvo, e confermo per il tempo che i padri suddetti vorranno stare nel collegio, ovvero la congregazione medesima ritenerli. = Andrea di s. Sebastiano generale delle scuole Pie approvo, e confermo la suddetta capitolazione in conformità della sottoscrizione di sua eminenza.

Ratificatio.

Sequitur recognitio manus per duos religiosos testes supradicti reverendissimi patris generalis, rogat. per dominum Basilium Quintilium causarum curiæ eminentissimi, et reverendissimi almæ Urbis cardinalis vicarii usque, et sub die 24. julii 1717.

Loco ✕ Signi

§. 16. Post hæc quoties vigilantia, et sollicitudo cardinalium protectorum suavit, ut aliqua pro meliori ejusdem collegii statu, aut disciplina statuenda essent, cardinales protectores accitis, auditisque dictæ congregationis prælati deputatis ea semper per se, et juxta rerum exigentiam decreverunt, prout, et boni mem: . . . dum vixit presbyter cardinalis Guadagni nuncupat, anno 1737. atque ipse Hyacinthus cardinalis anno 1784. usi sunt: immo nuper sub die nempe quinta decembris transacti anni 1796, cum nonnulla incommoda, quæ adversum ecclesiasticam disciplinam sensim sine sensu obrepserant, ac ipsæ

Variationes
statutorum de-
cretæ a cardi-
nalibus pro-
tectoribus pro
meliori regimi-
ne collegii.

rei familiaris angustia firmam, ac praesens aliquod remedium postulasset, in congregatione deputationum decretum sancivit tenoris, qui sequitur.

Tenor reformae
tionum.

§. 17. Premuroso l' eminentissimo, e reverendissimo sig. cardinal Gerdil protettore vigilantissimo della venerabile infermeria, e collegio ecclesiastico a Ponte Sisto del ben' essere di questo luogo pio per quello riguarda lo stato di lui economico, e d' impedirne, e ripararne ogni suo sbilancio, ed insieme volendo, che da signori convittori del medesimo collegio esattamente si adempiscano le regole fatte coll' oracolo di Nostro signore felicemente regnante, e stampate l'anno 1784, ordinò che su questi due importanti oggetti si tenessero varie congregazioni dagli illustrissimi, e reverendissimi signori prelati deputati, una delle quali si fu li 24 dello scaduto mese di novembre avanti lo stesso eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal protettore: in conseguenza pertanto di esse, ed in vista del risultato delle loro deliberazioni l' eminenza sua si dichiara, e prescrive come siegue.

I.

De pensione
mensura a con-
victoribus sol-
venda.

§. 18. Che in avvenire cominciando dal primo del prossimo venturo mese di genaro 1797. si debba da tutti li signori convittori contribuire per ora, ed interinalmente al collegio la dozzena mensile nella somma di scudi cinque, e cinquanta nel modo, e ferma che resta prescritto alli §§. 2. e 3. delle stampate regole, alle quali s' intende unicamente derogare circa la parte del sopraordinato aumento di dozzena a quanto si dispone nel §. 2. e nel §. 13. di esse regole.

II.

De defalco non
concedendo ob-
absentiam a
coenaculo.

§. 19. Che chiunque siasi de' signori convittori, il quale non vada in refettorio, debba pagare l' intera dozzena come se vi fosse andato, nè possa pretendere alcuna liberazione, o defalco di quella senza speciale licenza dell' eminenza sua, in cui rimanga individuato intendere essa di dispensare su questo articolo.

III.

De utensilibus
a convictori-
bus retinendis.

§. 20. Si ordina che oltre li mobili della stanza, e la posata come si dice nel §. 5. delle regole, debbano i

medesimi signori convittori provvedersi della salvietta per la tavola, mentre spirato il mese corrente di dicembre non verrà più ad essi dal collegio somministrata.

IV.

§. 21. Che non si facciano se non se due tavole la mattina, ed una sola la sera. E convenendosi usare della coadiscendenza circa al tempo, uniformandosi il prelodato eminentissimo signor cardinal protettore a quanto è stato prescritto circa l' ora nell' accademia de' Nobili ecclesiastici si assegna per la prima tavola un quarto d' ora dopo il mezzo giorno, e per la seconda tavola un' ora, ed un quarto dopo il mezzo giorno, e terminata questa seconda, da darare non più di tre quarti d' ora, in guisa che la detta seconda mensa abbia a terminare, e chiudersi in conseguenza il refettorio, e cucina due ore dopo il mezzo giorno, e non più tardi. Per la sera poi si fissa l' ora della cena nel tempo d' inverno incominciando dal mese di novembre a tutto il mese di aprile alle ore tre e mezza, e dal primo maggio a tutto ottobre alle ore tre, come si è ordinato altra volta specialmente con decreto nel mese di marzo mille settecento ottantacinque, quale mensa serolina non dovrà parimenti durare più di tre quarti d' ora conforme in tutto e per tutto alla seconda della mattina. Quanto poi a quelli, i quali possano avere legittimi, ed urgenti motivi per qualche dispensa, questi dovranno ottenerne dall' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal protettore la licenza in iscritto, non dovendo suffragare qualunque licenza, che possa annunziarsi ricevuta soltanto in voce.

V.

§. 22. Che finalmente a tenore di quanto, è disposto al §. 9. delle regole si faccia la lettura, durante la tavola, ed una volta al mese si leggano altresì li presenti decreti, alla qual lettura restano addetti per turno in ciascuna settimana li venti convittori ultimi cominciando ora da quell' ultimo ammesso nel collegio, e colle cantele prescritte nelle costituzioni.

Sarà cura in fine del padre rettore del collegio la piena osservanza de' suddetti decreti, la quale dovrà incominciare al primo del prossimo ventu-

De distributio-
ne mensarum.

De lectione fa-
cienda in men-
sa, et presen-
tium decreto-
rum.

ro mēse di gennarō. Dato dal collegio di san Carlo a Catinari questo di cinque dicembre mille settecento novantasei.

Loco ✠ Signi

- G. card. Gerdil protettore.
- N. Buschi arc. di Ffeso dep.
- S. De Magistris vesc. di Cirene deputato.
- Gio. Batt. Caffarelli canonico deputato.

Refertur quomodo a sanctiore præinserti decreti turbæ excitatæ fuerint.

§. 23. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, ex præinserti decreti sanctione quamplurimi turbas moliti sint, atque ex compacto simul ad Nos accedentes abrogationem decreti hujusmodi tumultuose atque audacter rogassent; Nos autem, qui semper seditiosas ejusmodi preces regre tulimus, audita prius venerabilis fratris Nicolai archiepiscopi Ephesini, qui alter est ex deputatis dictæ congregationis, relatione, quod futiles, commentitiasque hasce rogationes comperimus, tum ad contundendam, puniendamque turbarum prædictarum auctorum, ac suavorum audaciam, tum ad magis, magisque firmandum præinsertum decretum, tum demum ad alia utiliter disponenda, plura decreverimus, proat ex rescripto tenoris, qui sequitur.

Ex aud. ss̄mi

Die 16 februarii 1797.

Decretum latum adversus turbarum auctores.

§. 24. Ex speciali mandato sanctissimi domini Nostri mihi infrascripto alteri ex deputatis collegii ecclesiastici inuocato in audientia diei 9. januarii proximi præteriti; facta per me relatione tam unius, et alterius supplicis libelli nomine convictorum porrecti, quam replicationum ab administratoribus dicti collegii deductarum, remature perpensa, Sanctitas Sua declaravit nullum jus, nullamque actionem ipsis recurrentibus, quorum mora in eodem collegio non nisi arbitraria est, et præcaria competisse, et competere in administratione æconomica, et regimine collegii; proindeque rejectis omnibus, et singulis recurrentium improvidis petitionibus, benigne mandavit omnino exequi decretum sub die 5 decembris elapsi anni 1796 consulto redditum a domino cardinali protectore in congregatione præsulorum deputatorum, eidemque protectori præterea commisit, ut a convictu dimittat petulantiores præ-

libati decreti refractarios, et inobedientes; jussit insuper eadem Sanctitas Sua exactam observantiam regularum supremo ejus oraculo æditarum anno 1784 pro bono ipsius collegii, simulque convictorum disciplina, præsertim vero quoad interventum serotinae orationi, ac mensæ commuai tam mane, quam vespere, et cum præscripto habitu talari quemadmodum alumnos in convictu ecclesiastico degentes omnino decet, adeout si quis in prædictis per binas seu ternas vices absque speciali licentia domini cardinalis pro tempore protectoris in scriptis habenda deficere compertus sit, indilate a convictu ejiciatur, præcipiendo idcirco præsulibus, deputatis, ac rectori ejusdem collegii pro tempore, ut sedulo incumbant, ne aliquis abusus desuper irrepat. Ad quam regularum observantiam facilius absequendam expresse voluit eadem Sanctitas Sua, quod permanentia convictorum in dicto collegio esse nequeat triennio diuturnior, juxta sanctita in antiquis statutis pro recto regimine collegii, et universi pii operis ex oraculo s. m. Clementis XI., confectis et publicatis a cardinali Renato Imperiali signanter in cap. 9. cujus dispositionem pristino suo robori revocandam esse decrevit, data tamen facultate domino cardinali protectori, pro suo arbitrio, et prudentia dispensandi ad formam enunciati cap. 9. Et ita fieri, et exequi quoad omnia mandavit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

N. Buschi arch. Ephesinus. deput.

§. 25. Hinc memoratus Hyacinthus cardinalis, quo præinserti articuli inter Renatum cardinalem Imperialem ex una, et rectorem generalem congregationis clericorum regularium prædictum ex altera parte stipulati, nec non præinsertum decretum diei quintæ decembris anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti, ac rescriptum pariter præinsertum firmiter subsistant, atque serventur exactius apostolicæ auctoritatis patrocinio communiri summo opere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Preces porrectæ pro confirmatione articulorum, et rescripti.

§. 26. Nos igitur, quibus maxime cordi est, ut quæ pro ejusdem collegii feliciori statu decreta sunt, sine tergiversatione ulla exequantur; ejusdem Hyacinthi cardinalis votis quantum cum Domino possumus annuere cu-

Tenor confirmationis.

pientes, illorumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, et interdictionis, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, tum articulos, tum decretum, tum rescriptum præinserta, atque omnia, et singula in eis contenta auctoritate apostolica tenore præseutiam approbamus, et confirmamus, illisque apostolicæ inviolabilis firmitatis robor adijcimus, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint supplementum, et sanamus.

Derogatio specialis.

§. 27. Quoniam autem ea omnia decernere cupimus, quæ eidem collegio in ævum quomodolibet prodesse intelligimus, hinc harum serie volumus, atque mandamus, ut deinceps rectori generali dictæ congregationis nisi previo consensu, et approbatione cardinalis protectoris dicti collegii pro tempore existentis, clericos suæ congregationis eidem collegio assignare liceat; eisdem vero cardinalibus protectoribus clericos regulares dictæ congregationis inibi commorantes pro suo arbitrio, et prudentia ab eodem collegio, ut in illorum locum alii sufficiantur dimittendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 28. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latera legatos, et sanctæ Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§. 29. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dicti collegii ecclesiastici etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, iudicatis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus; et

formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda maii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MCIV.

Dat. die
12 maii
1797
anno XXXII.

Instante serenissimo Hispaniarum infante iadulgetur suis copiis, eorumque familiis, ut in quadragesima ac aliis temporibus, in quibus carniam, et lacticiniorum esus est prohibitus, iisdem cibis vesci valeant.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ut securitati conscientiarum, ac incommodis, quæ ex tenui assignato stipendio iis, qui in exercitiis dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regis Hispaniarum infantis militant existunt, quantum cum Domino possumus, opportune consulamus, supplicationibus ejusdem Ferdinandi infantis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, universis, et singulis militibus exercituum prædictorum, eorumque familiis, ut quadragesimæ, et aliis anni temporibus, ac diebus, quibus carniam, ovorum, et lacticiniorum esus est prohibitus, ubicumque eos declinare contigerit, ovis, caseo, butyro, ac etiam carniibus, non tamen feria sexta cujusque hebdomadæ, ac feria quinta, sexta, et sabbato majoris hebdomadæ quoad carnes, vesci absque aliquo conscientiarum scrupulo, aut censurarum ecclesiasticarum incursu libere, ac licite valeant auctoritate apostolica tenore præsentium licentiam, et facultatem concedimus, et impertimur.

Ratio, et tenor concessio-
nis.

§. 2. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque,

Derogatio contrarium.

et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda maji millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MCV.

Erectio cathedralis ecclesiæ Apuanæ

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. In suprema beati Petri cathedra, meritis licet imparibus, divina dispositione locati, ad agrum, gregemque Dominicum Nostræ sollicitudini commissum provida mentis acie intendentes congruum, et proficuum arbitramur in partibus illis, in quibus multiplicatis cultoribus uberiolem agri fertilitatem, et abundantiolem gregis propagationem profuturas dignoscimus sedulam opem, et operam Nostram libentissime impertiri; præsertim vero illustriam, et de catholica religione optime meritõrum principum piis id efflagitantibus votis novas infra suarum ditionum fines episcopales sedes, et cathedrales ecclesias de novo erigere, et instituere non ambigimus, et partes ipsæ per novas erectiones, institutionesque hujusmodi præstantioribus titulis decorare toto terrarum orbe celebriores efficiantur, et novum inde universali Ecclesiæ decus, et honor accedat, ac novi præsules ipsis sedibus, et ecclesiis deputati, tamquam pastores gregis, et agri cultores assiduam, et vigilem præbere valeant custodiam, et culturam, populique eorum curæ commissi, tamquam ager Dominicus, et grex per illorum fructuosa ministeria ampliores in spiritualibus, et temporalibus suscipere possint incrementa.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque alias dilectus filius Joannes Gianni sancti Stephani eques apud Nos, et Sedem apostolicam dilectissimi in Christo filii Nostri Petri Leopoldi regii Hungariæ, et Bohemiæ principis archiducis Austriæ, et Hetruriæ sibi subjectæ magni ducis illius regis negotiis præpositus ejusdem Petri

Leopoldi archiducis, et magni ducis hujusmodi nomine Nobis exposuerit, quod dictus Petrus Leopoldus archidux et magnus dux ad augenda, utiliusque ordinanda spiritualia populorum sibi concreditorum subsidia plurimum cupiebat, ut in parte illa, quæ in Lunigiana provincia sub ditione magni Hetruriæ ducatus comprehenditur, et in Lunensi Sarzanensi, et Brugnatensi respective dioecibus consistit jam ab eisdem Lunensi Sarzanensi, et Brugnatensi respective dioecibus dismembrata vigore instrumenti cessionis, et concordiæ inter ipsum Petrum Leopoldum archiducem, et magnum ducem ex una, et Januensem rempublicam ex altera partibus sub beneplacito Sedis apostolicæ die vicesima nona mensis novembris anni Domini proxime præteriti initi, ac a Nobis postmodum per concistoriale decretum die vicesima sexta mensis januarii currentis anni ejusdem Domini emanatum approbati, et in ea existente civitate nempe Apuana, prævia illius decoratione civitatis episcopalis titulo, et honore, nova sedes, et nova civitas episcopales instituerentur, et infrascripta inibi existens collegiata ecclesia, prævia similiter illius collegialitatis status, et essentiæ, nec non dignitatum, et canonicatum in ea ad præsens existentium titularum collativorum respective, ut infra perpetua suppressione, et extinctione in cathedralem ecclesiam etiam perpetuo, ut infra erigeretur, cæteraque alia infrascripta per Nos fierent.

§. 3. Nos tam pia dicti Petri Leopoldi archiducis, et magni ducis vota obsecundare intendentes, omnibus hisce mature perpensis dilecto etiam filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuncio in civitate Florentiæ commoranti successive vigore ejusdem decreti a Nobis, ut præfertur, approbati, ut ipse nuncius causis dictarum erectionis, et institutionis, illarumque necessitate, et utilitate rite consideratis de iis juxta instructiones in eodem decreto contentas inde referret, apostolica auctoritate commisimus. Cumque postmodum ex processu desuper confecto, et a nuncio præfato ad urbem transmissio acceperimus, quod ex hujusmodi erectione, et institutione si fierent quammaximum animarum salutis in præfata civitate Apuana, ac parte supradicta habitatorum, et catholicæ religionis incrementum sit resultaturum, nec non quod ad tantum opus feliciter perficiendum accedentes quoque venerabiles fratres Nostri moderni Lunensis Sarzanensis, et Brugnatensis respecti-

Processus fabricatus a nuncio apostolico super utilitate novæ erectionis.

ve episcopi, ac prædicta capitula, et dilecti quoque filii moderni eorum tam Lunenses Sarzanenses, quam Brugnatenses respective canonici, ut ab eisdem episcopatibus, et eorum Lunensi, Sarzanensi, ac Brugnatensi respective diœcesibus prædictis pars illa, quæ in ditione magni Hetruriæ ducatus comprehenditur, atque in infrascriptis Lunensi Sarzanensi, et Brugnatensi respective diœcesibus prædictis consistit, ac infra quarum etiam respective limites comprehensæ collegiatæ, et paræciæ, ut infra expositæ, et enumeratæ ad præmissum erectionis effectum perpetuo, ut infra dismembrarentur respective consenserant, illisque desuper non tam libere, quam libenter etiam respective cesserant.

Erectio civitatis Apuanæ in episcopalem.

§. 4. Hinc Nos ad hoc ut dicti Petri Leopoldi archiducis, et magni ducis laudabilia perillustrium majorum suorum vestigia prosequentis pia desideria ordinata, et adimpleta remaneant præcibus ipsius archiducis, et magni ducis nomine per dictum Joannem Nobis hac in parte humiliter porrectis benignæ annuere volentes motu Nostro proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine sæcularem, et insignem collegiatam, quæ etiam parochialis existit ecclesiam sub invocatione sanctæ Mariæ de Populo in dicta civitate Apuana existentem, cujus cura animarum dilectorum similiter filiorum parochianorum dictæ collegiatæ ecclesiæ, quæ, ut præfertur, parochialis etiam existit per præpositum, aliumque presbyterum cappellanum in exercitio præfate animarum curæ eidem præposito coadiuvantem modo exercetur; illiusque collegialitatis statum, nomen, denominationem, naturam, et essentialiam collegiatæ ecclesiæ, nec non dignitatum, et canonicatum, et præbendarum, ac duodecim infrascriptarum cappellanarum in ea ad præsens existentium respective titulos collativos, ita quod illæ et illi, ac illæ ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativæ, et collativi, ac collativæ esse desinant, ac de cætero uti tales in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, seu de illis quovis modo disponi amplius nequeat, et si illos, et illas deinceps nullo unquam tempore conferri, seu impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliæque dispositiones de illis pro tempore quomodolibet factæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel mo-

menti existant, nemini que suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum etiam titulum possidendi tribuant, apostolica auctoritate prædicta perpetuo supprimimus, et extinguimus; illaque, et illis sic suppressa, et extincta, ac suppressis, et extinctis civitatem Apuanam prædictam in civitatem episcopalem Apuanam quoque nuncupandam cum omnibus, et singulis signis, et insigniis, privilegiis, prærogativis, juribus, exemptionibus, honoribus, et facultatibus, quibus aliæ in magno Hetruriæ ducatu existentes civitates episcopali sede insignitæ, et earum respective cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

§. 5. Præfatam vero collegiatam, et parochialem ecclesiam sic, ut præfertur, suppressam, et extinctam in cathedralem ecclesiam, quæ venerabili etiam fratri Nostro moderno, et pro tempore existenti archiepiscopo Pisano suffraganea, eique metropolitico jure subjecta existat sub invocatione ejusdem sanctæ Mariæ de Populo, quæ etiam ut antea parochialis existat, et in qua dictorum parochianorum dictæ collegiatæ, et parochialis ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, et in cathedralem ecclesiam hujusmodi, ut infra erigendæ animarum cura prædicta, et jam ut infra exerceri debeat, et in ea sedem, et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Apuano nuncupando, qui eidem ecclesiæ Apuanæ, illiusque civitati prædictæ, et diœcesi etiam Apuanæ, ei ut infra assignandæ præsit; abbates, inferiores prælatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia et singula jura, et officia, et munerera episcopalia habeat, et exercent, cum suis capitulo, et canonicis, ac aliis ut infra per modum subrogationis constituendis, nec non arca, mensa episcopali cæterisque pontificalibus signis, insigniis, juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus et indultis realibus, et personalibus, et mixtis, quibus reliquæ in magno Hetruriæ ducatu episcopales ecclesiæ, earumque respective præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu ex privilegio particulari acquisitis, similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum apostolica au-

Ecclesia parochialis in cathedralem erigitur, cum omnibus juribus, et privilegiis.

toritate prædicta perpetuo respective erigimus, et instituimus.

Præfinitio nove diocesis.

§. 6. Ac insuper, ut præfatae episcopalis ecclesie Apuanæ per Nos sic, ut præfertur, erectæ diocesi clerus, et populus constitui possit pro limite dictæ diocesis Apuanæ, attentis cessione, et concordia prædictis a Nobis, ut præfertur, approbatis partem supradictam, quæ in magno Hetruriæ ducatu prædicto consistit, et infra terminos Lunensis Sarzanensis et Brugnatesis respective diocesum in Januensis reipublicæ ditone sita huc usque clausa, et comprehensa, et ab eisdem Lunensi Sarzanensi, et Brugnatesi respective diocesis vigore instrumenti prædicti per Nos, ut præfertur, approbati jam dismembrata fuit, et in qua paræciæ ut infra contentæ, et in Lunensi Sarzanensi diocesi existentes reperiuntur, una videlicet sanctæ Mariæ de Populo, ac alia sanctorum Jacobi et Cristinæ, ac alia sancti Columbani; ac alia sancti Nicolai in præfata civitate Apuana respective sitæ; ac alia sanctorum Hyppolithi et Cassiani Saliceti; ac alia sanctæ felicitatis Oppili; ac alia sanctæ Mariæ Cavezzone Gordanæ; ac alia sancti Geminiani Toranæ; ac alia sancti Michaelis arcangeli Arzelati; ac alia sancti Geminiani Carole; ac alia sancti Medardi Rossani; ac alia sanctæ Felicitatis Coduli; ac alia sancti Pancratii Vignulæ; ac alia sancti Georgii Cervariæ; ac alia sancti Laurentii Guinadi; ac alia sancti Petri basilicæ Guinadi; ac alia sancti Georgii Bruti; ac alia sancti Michaelis Braie, ac alia sanctorum Felicitatis et Perpetuæ Succisæ, ac alia sancti Nicomedis Grondulæ; ac alia sanctorum Jacobi, et Philippi Traviridis; ac alia sancti Benedicti Montis Longi; ac alia sancti Bartholomæi Gravagnæ; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Pracchiale; ac alia sancti Matthæi Vallis Antenæ; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Caversanæ Antenæ; ac alia sancti Laurentii Cargalla; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Mignei; ac alia sancti Basilidis Arzentii; ac alia sancti Martini Geretuli; ac alia sanctorum Laurentii et Donnini Groppuli; ac alia sanctæ Margaritæ Madrignani; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Plebis Calicis; ac alia sanctæ Mariæ Lauretanæ Castri Calicis; ac alia sancti Joannis Evangelistæ Borsede; ac alia sancti Michaelis Veppri; ac alia sancti Stephani prothomartyris Filateriæ; ac alia sanctorum Petri, et Pauli Corlage; ac alia

sanctorum Georgii et Pontiani arcis Siggillinæ; ac alia sancti Martini Cavallanæ; ac alia sanctorum Michaelis, et Victoris Gilianæ; ac alia sanctorum Vincentii, et Anastasii Lusignanæ; ac alia sancti Joannis Baptistæ Dobbiana; ac alia sancti Jacobi majoris Bili; ac alia sancti Andreæ Scorcetuli; ac alia sancti Michaelis Seravallis; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Caprij; ac alia sancti Nicolai Bagnoni; ac alia sancti Michaelis Fornoli; ac alia sancti Jacobi Collesini; ac alia sancti Michaelis Cervarolæ; ac alia sancti Michaelis Merides; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Mochignani; ac alia sancti Thome apostoli Pestinæ; ac alia sanctorum Hippolythi et Cassiani ejusdem loci; ac alia sancti Andreæ apostoli Lusane; ac alia sancti Leonardi Castilionis Terzeri; ac alia sancti Andreæ apostoli Gabianæ; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Riccolij; ac alia sancti Matthæi Lusolij; ac alia sancti Michaelis Canossæ; ac alia sancti Nicolai Caprioliolæ; ac alia sancti Martini Albiani; ac alia sanctorum Jacobi, et Antonii abbatis Fivizzani; ac alia sanctæ Margaritæ Verucolæ; ac alia sancti Venantii Ceregnani; ac alia sancti Michaelis Spicciani; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Soleræ; ac alia sancti Laurentii Gassani; ac alia sancti Michaelis Agnini; ac alia sancti Martini Magliani; ac alia sancti Columbani Canneti; ac alia sancti Bartholomæi Ceserani; ac alia sancti Columbani Gosariæ; ac alia sancti Andreæ Apostoli Debicolis; ac alia sanctæ Lucie Collecchio; ac alia sancti Pauli apostoli Plebis ejusdem loci; ac alia sancti Jacobi majoris Cotti; ac alia sancti Francisci Torani; ac alia sancti Martini Momij; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Pognanæ; ac alia sanctæ Catharinæ Collegnachi; ac alia sancti Michaelis Sassalby; ac alia sancti Blasii Quaranzanæ, ac alia sancti Matthæi Po; ac alia sancti Petri apostoli Arliæ; ac alia sancti Bartholomæi Bottignavæ; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Crespiani, ac alia sancti Georgii Comani; ac alia sanctorum Petri, et Pauli apostolorum Camporaghene; ac alia sancti Jacobi majoris Torsanæ; ac alia sancti Donati Bilioli; ac alia sancti Michaelis Terenani; ac alia sanctorum Petri, et Pauli Romanæ; ac alia sancti Terentii in Montibus; ac alia sanctorum Cypriani, et Justinæ Colle; ac alia sancti Prosperi Monzonii; ac alia sancti Joannis Baptistæ terræ Ruberæ; ac alia sanctorum Cornelli et Cypriani Codepontii; ac

alia sancti Petri Offiani; ac alia sancti Martini Luscigniani; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Cascianæ Petrosæ; ac alia sancti Bartholomæi Reusæ; ac alia sancti Andree apostoli Vince; ac alia sancti Jacobi Tarlegi; ac alia sanctæ Mariæ Assumptæ Argiliani; ac alia sancti Andree Aliani; ac alia sancti Francisci Equi; ac alia sanctæ Margaritæ Regnan; ac alia sancti Mauritii Ajolæ; ac alia sanctæ Mariæ ad Nives Montis Blancorum; ac alia sanctæ Felicitatis Casule; ac alia sancti Geminiani Alebbij; ac alia sanctorum Laurentii, et Barbare Seravitiæ; ac alia sancti Stephani Vallecchio; ac alia sanctæ Mariæ Lauretanæ Quercetæ; ac alia sancti Martini Cappellæ, ac alia sanctorum Clementis et Columbiani Terriacæ; ac alia Visitationis Beatæ Mariæ Virginis Levigliani; ac alia sanctorum Pauli, et Antonii Rosinæ et Cerretæ; ac alia sancti Ansan Basati; nec non ceteræ paræciæ ut infra contentæ, et in Brugnateni diœcesi prædicta sitæ, videlicet una sancti Petri Pontremoli, alia sanctæ Mariæ de Teglia, et reliqua sancti Laurentii de Zirio etiam respective nuncupatæ, et respective locorum etiam respective existentium apostolica auctoritate prædicta perpetuo quoque respective dismembramus, dividimus, et separamus.

Subjectio in-
colorum secu-
larium, et cle-
ricorum novæ
nisi etiani.

§. 7. Ac insuper in dicta parte, et in ea respective contentis desuper expressis paræciis unius, et alterius diœcesum prædictarum, ut præfertur, respective dismembratis, divisis, et separatis consistentes, et consistentia, ecclesias, et monasteria, præposituras, conventus, et alia quæcumque, quocumque, et qualiacumque secularia et quorumvis ordinum regularia beneficia, omniumque pariter, et singularum paræciarum ab una et altera diœcesibus prædictis respective dismembrata, utriusque sexus habitatores, personas, et incolas, tam laicos, quam clericos, præbiteros, beneficiatos, ac religiosos, non tamen exemptos cujusque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria respectivorum modernorum, quorum ad hoc expressus respective etiam accedit assensus, et pro tempore respective existentium Lunensis Sarzanensis, et Brugnatenis episcoporum, ac capitulorum, et canonicorum respective cathedralium ecclesiarum Lunensis Sarzanensis, et Brugnatenis prædictarum respectiva jurisdictione, potestate, superioritate, et auctoritate dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo de

apostolicæ potestatis plenitudine pari disjungimus, eximimus, nec non prædictam civitatem Apuanam in civitatem episcopalem per Nos, ut præfertur, erectam, eandemque parochialem, et in ea comprehensas paræcias sic, ut præfertur, respective dismembratam, et dismembratas, et a prædictis respective Lunensi Sarzanensi, et Brugnateni episcopatibus, et respective diœcesibus etiam respective avulsam, divisam, et separatam, ac avulsas, divisas, et separatas; ac omnia et singula in eis consistentes, et consistentia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia quæcumque secularia, et regularia, ut præfertur, beneficia, omnesque et singulos in eis respective, ut præfertur, comprehensos utriusque sexus habitatores, incolas, et personas tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, ac religiosos, non tamen exemptos prædictos, scilicet ut præfertur, disjunctos, et exemptos novæ ecclesiæ episcopali Apuanæ, illiusque futuro, et pro tempore existenti præsulî pro suis civitate, territorio, et diœcesi, in quibus semper residere debet, nec non pro suis clero, et populo apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo concedimus, et assignamus, ac respective ordinarie ejusdem futuri, et pro tempore existentis episcopi Apuanî jurisdictioni, potestati, et superioritati, et auctoritati, ita quod liceat personæ eidem ecclesiæ Apuanæ tam nunc a primæva illius erectione, et institutione, et hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum præficiendæ per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, et actuaalem, ac corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani in dicta civitate Apuana in civitatem episcopalem sic per Nos, ut præfertur, erecta, totaque diœcesi Apuana, ut præfertur, concessa, et assignata propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere eorundem modernorum, et pro tempore existentium Lunensium Sarzanensium, et Brugnatenis respectivorum episcoporum, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo supponimus, et subicimus.

§. 8. Supradictis autem erectione, suppressione, dismembratione, divisione, separatione, exemptione, disjunctione, assignatione, aliisque in præ-

Dismembratio
alterius eccle-
siæ sancti Ni-
colai nuncupa-
ta de insula Ca-
præ a Popu

Ioniensi diocesi, illiusque unio Brugnatesi diocesi

missis, ut præfertur, executis, attenda pariter a venerabili etiam fratre Nostro moderno Massanensi, et Populoniensi episcopo, ac dilectis etiam filiis capitulo et canonicis ipsius cathedralis ecclesie canonice facta cessione, alterius parochialis ecclesie sancti Nicolai de insula Capraræ in dominio Januensi prædicto existente, et usque adhuc in spiritibus a prædicta Massanensi, et Populoniensi diocesi dependentis, præfatam parochialem ecclesiam sancti Nicolai de insula Capraræ ab eadem Massanensi, et Populoniensi diocesi pari apostolica auctoritate perpetuo dismembramus, dividimus, atque separamus; et insuper in ea sic separata, divisa, et dismembrata omnes consistentes, et consistententia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia quæcumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia, omnesque, et singulos utriusque sexus degentes habitatores, personas, et incolas tam laicos, quam clericos, presbyteros beneficiatos cujusque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria moderni, et pro tempore existentis Massanensis et Populoniensis episcopi jurisdictione, potestate, et superioritate dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo de apostolicæ potestatis plenitudine disjungimus, et eximimus, nec non prædictam paræciam sic, ut præfertur, dismembratam, divisam, et separatam, ac omnes, et singulas in ea consistentes, et consistententia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia quæcumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia, ut præfertur, omnesque et singulos in ea, ut præfertur, comprehensos utriusque sexus habitatores, personas, et incolas tam laicos, quam clericos, presbyteros beneficiatos prædictos similiter, ut præfertur, disjunctos, et exemptos episcopali Brugnatesi diocesi, ejusque moderni, et pro tempore existentis episcopi ordinariæ pariter jurisdictioni, potestati, et superioritati eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo incorporamus, adiicimus, atque subiicimus.

§. 9. Et ad hoc moderni prædicti Lunensis Sarzanensis, et Brugnatesis respective episcopi de suis juribus, proventibus, et emolumentis super prædictis paræciis per Nos, ut præfertur, ab eorum respective diocesis dismembratis, divisis, et separatis usque adhuc percipi solitis indemnitate etiam respective accipiant annum redditum eorum respective vita naturali tantum durante a præfate Petro Leopoldi

Bull. Rom. Tom. X. F. 54.

do archiduce, et magno duce, ejusque in Heturriæ magno ducatu hujusmodi successoribus suppeditandum, videlicet episcopo Lunensi Sarzanensi annuam summam bis mille biscentum, et quinquaginta quinque librarum monetæ Januensis; episcopo vero Brugnatesi annuam similiter summam octingentum, et viginti librarum similium eadem apostolica auctoritate pariter assignamus, atque constituimus. Ac insuper favore capituli cathedralis ecclesie Lunensis Sarzanensis illorum canonum fructus, ac redditus, quos in territorio ad magnum Heturriæ ducatum pertinente idem capitulum ad præsens exigit simili apostolica auctoritate etiam perpetuo reservamus, nec non dicto Lunensi Sarzanensi, ut præfertur, moderno, et pro tempore existenti episcopo aliam annuam itidem canonem sub titulo portorii Ceserani vulgo di Ceserano nuncupatum pariter perpetuo assignari volumus, atque mandamus, cum hoc quod quovis tempore licitum sit Heturriæ gubernio, seu debitoribus respective præfatos canones, quicumque sit illorum titulus, aut origo liberos omnino reddere, facta tamen alterius capitalis assignatione, cujus quidem fructus ad tria seuta pro quolibet centenariis, et anno valutati portorio, et canonibus prædictis æquivalent, ac pariter mensæ episcopali Brugnatesi prædictæ omnes, et singulos redditus, et proventus in bonis stabilibus tantum consistentes, quos in magno Heturriæ ducatu præfate eadem mensa episcopalis possidet etiam libere reservamus, cum hoc præterea, quod præfatus modernus, et pro tempore existens episcopus Brugnatesis singulis annis pro tempore quoque existenti parochio parochialis ecclesie sancti Petri in præfata civitate Apuana existente scuta quinquaginta monetæ Florentinæ persolvere teneatur, ad quem proinde effectum ab eodem moderno, et pro tempore existente prædicto Brugnatesi episcopo tot ex præfatis canonibus ad mensam episcopalem Brugnatesem præfatam, ut præfertur, pertinentibus eidem parochio pro tempore existenti ejusdem parochialis ecclesie sancti Petri assignabuntur, quot superius enunciatæ summæ quinquaginta sactorum monetæ Florentinæ prædictæ æquivalere censeantur.

§. 10. Eidemque moderno, et pro tempore existenti prædictæ Brugnatesis diocesis episcopo jus nominandi, seu presentandi personam idoneam ad hujusmodi parochialem ecclesiam, cu-

Concessio juris nominandi parochos favore novi episcopi, et salvis reservationibus apostolicis.

Indemnitates concessæ episcopis quibus pars territorii ablata est pro efformanda nova diocesi.

ius parochus pro tempore existens præfatus amovibilis existit, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus dum illam vacare contigerit, ita tamen, ut nominatio, seu presentatio huiusmodi ad ipsum, uti patronum privatam simpliciter spectare, et pertinere debeat, eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et reservamus; de cæteris autem indiscriminatim parochialibus ecclesiis a Lunensi Sarzanensi, et Brugnatensi respective diocesis prædictis; ut supra dismembratis, et avulsis, et episcopali ecclesie Apuanæ noviter, ut præfertur, erectæ, ejusque futuro, et pro tempore existenti episcopo præsul, ut supra pariter suppositis, atque subjectis, quod idem futurus, et pro tempore existens episcopus Apuanus, cessantibus tamen reservationibus, et affectionibus apostolicis libere disponere possit, et valeat, ac etiam teneatur, dicta apostolica auctoritate iidem perpetuo declaramus; ac præterea quod prædictus modernus, et pro tempore existens episcopus Brugnatensis palatio, quod ipsemet modernus Brugnatensis episcopus in civitate Apuana prædicta ad præsens possidet perpetuis futuris temporibus libere, et licite perfruatur, et gaudeat, cum hoc quod parochia parochialis ecclesie sancti Petri prædicti pro tempore quoque existenti prædicto congruæ, ac decentis in eodem palatio habitationis commodum reservari debeat, eadem apostolica auctoritate statuimus; atque ordinamus.

§. 11. Ac insuper pro mensæ episcopalis ipsius cathedralis ecclesie Apuanæ per Nos, ut præfertur, erectæ, et institutæ dotatione, et ad hoc ut idem novus futurus, et pro tempore existens episcopus Apuanus statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius sustinere valeat, annuam summam mille quingentorum scutorum monete Florentinæ prædictæ per dictum Petrum Leopoldum archiducem, et magnum ducem, ejusque in magno Heretrurie ducatu prædicto successores ab omni, et quocumque onere liberam, immunem, et exemptam præfato futuro, et pro tempore existenti episcopo Apuano suppeditandam similiter apostolica auctoritate præfata perpetuo assignamus, atque constituimus, ipsique futuro episcopo Apuano, ejusque in dicto episcopatu Apuano successoribus pro sui, et eorum commoda, decentique habitatione palatium publici in platea dictæ collegiæ ecclesie, ut præfertur, suppressæ et extinctæ, et in cathedra-

lem ecclesiam, ut præfertur, erectæ situm, quod magistratui cancellariæ, et publicis scholis usque adhuc inseruit, et nunc ad usum futuri, et pro tempore existentis episcopi Apuani actu redigitur, perpetuo quoque adiciamus, et adscribimus.

§. 12. Cum autem capitulum prædictæ collegiæ ecclesie sic suppressæ, et extinctæ, et in cathedralem ecclesiam, ut præfertur, erectæ duodecim constaret canonicatibus, totidemque præbendis, comprehensis quatuor dignitatibus, præpositura scilicet inibi forsân principali existente, et decanatu, ac archidiaconatu, et primiceriati, ut præfertur, suppressis, nec non duodecim perpetuis, personalem tamen residentiam requirentibus cappellanis una cum sex clericis præter cæremoniarium. Nos proinde unam præposituram, quæ post pontificalem, ut præfertur, erectam, et institutam huiusmodi major cum uno canonicatu, et una præbendâ pro uno canonico præposito, qui caput capituli dictæ cathedralis ecclesie Apuanæ sic, ut præfertur, erectæ, et institutæ existat, iisque gaudeat præeminentiis, quæ sibi de jure competere possunt, et debent, ac per quem una cum uno presbytero cappellano ei in infrascriptæ curæ exercitio coadjuvante cura animarum dilectorum etiam filiorum parochianorum dictæ collegiæ ecclesie, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, ac in cathedralem ecclesiam, ut præfertur, erectæ, ut antea exerceri debeat, nec non unum decanatum, qui secunda cum alio pariter canonicatu, et alia theologali nuncupanda præbendâ pro alio canonico decano in theologia magistro, ac unum archidiaconatum, qui tertia cum alio, parique canonicatu, et alia præbendâ pro alio canonico archidiacono, ac unum primiceriatum, qui quarta respective dignitates in dicta cathedrali Apuana, ut præfertur, erecta existant, cum alio pariter canonicatu, et alia præbendâ eidem dignitatibus respective invicem perpetuo unitis existentibus pro alio canonico primicerio respective nuncupandis, ac reliquos octo canonicatus, totidemque præbendas dictæ collegiæ ecclesie, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, et in cathedralem ecclesiam, ut præfertur, erectæ pro octo aliis futuris mere canonicis ejusdem cathedralis Apuanæ illius capitulum respective componentibus, ac duodecim perpetuas personalem tamen residentiam huiusmodi, ut præfertur, requirentes cappellanas pro totidem cle-

Erectio capituli ecclesie cathedralis, cum suis dignitatibus.

Dotatio mensæ episcopalis noviter erectæ.

ricis, seu presbyteris servitio chori dicte cathedralis ecclesie sic erecte et institute addictis, per modum tamen subrogationis absque alia desuper facienda provisione eorundem duodecim canonicatum, et prebendarum, quatuor dignitatibus prefatis comprehensis, ac duodecim iidem cappellaniis favore illos, ac illas respective nunc obtinentium, qui dicte collegiate ecclesie, ut prefertur, suppressae, et extinctae, ac in cathedralem ecclesiam, ut prefertur, erectae capitulum efformabant, illique inserviebant; quibus omnibus illos, et illas pro tempore respective obtinentibus cum sex clericis, ac ceremoniario predictis singulis diebus horas canonicas tam diurnas, quam nocturnas, aliasque divina officia devote, ac cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitandi, decantandi, et psallendi; divinisque officiis tam diurnis, quam nocturnis hujusmodi interessendi; ac alias eidem cathedrali Apuanae; sicut prefertur, erectae, et institutae laudabiliter deservendi onus incumbet; dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque respective erigimus, et instituimus; ac praeterea ut dignitates, et canonicatus dicte cathedralis ecclesie Apuanae per Nos, ut prefertur, erectae, et institutae de congrua etiam earum, et eorum respective dotatione provideantur, illasque et illos pro tempore respective obtinentes onera, et obligationes eis, et eorum cuilibet respective incumbentia supportare valeant. Praepositorum videlicet dignitati post pontificalem hujusmodi majori inibi, ut prefertur existenti, eique annexam summam tercentorum scutorum monetae Romanae, ut antea; decanatu vero cum ei parique annexa theologali, et archidiaconatu, et primiceriatu cum aliis respective canonicatibus, et prebendis respective adnexis prefatis, caeterisque canonicatibus, et prebendis, et cappellaniis predictis, aliisque omnibus, et singulis dicte collegiate ecclesie, ut prefertur, suppressae, et extinctae, et in cathedralem ecclesiam, ut prefertur, erectae in divinis inservientibus omnes, et singulos redditus, et proventus, quos huc usque illas, et illos pro tempore respective obtinentes, alique in divinis inservientes predicti annuatim perceperunt in modum tamen, ut ipsi etiam in posterum similiter libere illos annuatim percipere quoque debeant, dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque applicamus, et assignamus.

§. 13. Eisdemque futuris, et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dicte collegiate ecclesie Apuanae per Nos, ut prefertur, erectae, et institutae; ut ipsi, eorumque officiales, et ministri; res, bona, proprietates, et iura quaecumque omnibus, et singulis tam spiritualibus, quam temporalibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praerogativis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, et gratiis, quibus aliae similes cathedrales in predicto magno Haetruriae hujusmodi ducatu existentes, earumque capitula, canonici, ac dignitates, et beneficia in eis obtinentes, illorumque ministri etc. uti, frui, potiri, et gaudere etiam possint, dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, et indulgemus. Eisdemque futuris, et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dicte cathedralis ecclesie per Nos, ut prefertur, erectae, et institutae, ut ipsi pariter pro ejusdem sic erectae, et institutae cathedralis ecclesie, illiusque chori, capituli, rerum, bonorum, et jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique gubernio, regimine, et administratione, nec non onerum illis incumbentium supportatione, ac diviorum etc. sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis decretisque concilii Tridentini hujusmodi minime adversantia, et per ipsum episcopum Apuanum, ut prefertur, prius examinanda, et approbanda, facultatem, potestatem et auctoritatem dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impartimur.

§. 14. Ac ulterius, quod predictae episcopali ecclesie Apuanae per Nos, ut prefertur, erectae, et institutae tam pro hac prima vice, et a primae illius erectione, et institutione pastoris solatio destitutae, quam deinceps, et quoties eam pastoris solatio non tamen apud apostolicam Sedem destitui contigerit persona idonea per Nos, et Romanam pontificem pro tempore existentem eidem ecclesie episcopali Apuanae in episcopum praeficienda eodem prorsus modo, quo episcopi aliarum ecclesiarum in praefato magno Haetruriae ducatu existentium a Sede apostolica praedicta praefici consueverunt, praefici quoque debeat eadem apostolica auctoritate statuimus, et ordinamus; dictam vero praeposituram dignitatem inibi post pontificalem majorem, ut prefertur existentem, dum illam semper, et quaecumque pro tempore

Privilegia concessa capitulo, et jus condendi statuta.

Reservatio juris nominandi episcopum favore magno ducis Haetruriae.

vacare contigerit Sedi apostolicæ prædictæ affectam, et reservatam in perpetuum remanere, et existere. Cæteras vero dignitates, ac canonicatus, et præbendas, aliaque omnia beneficia ecclesiastica in ipsa cathedrali ecclesia Apuana, sic ut præfertur erecta, et instituta existentes, et existentia, eisdem affectionibus, et reservationibus apostolicis, ut antea obnoxios, et abnoxias ac obnoxia esse, et fore pari apostolica auctoritate itidem perpetuo declaramus.

Præceptum episcopo datum de erigenda præbenda penitentiaria in ecclesia metropolitana, et diocesano seminario.

§. 15. Quoniam autem in prædicta collegiata ecclesia sic suppressa et extincta, et in cathedralem ecclesiam, ut præfertur, erecta præbenda penitentiaria, et in dicta civitate Apuana in civitatem episcopalem etiam, ut præfertur, erecta seminario episcopale desunt, ut in dicta cathedrali ecclesia per Nos, ut præfertur, erecta penitentiaria hujusmodi, et in dicta civitate seminario prædictum juxta concilii Tridentini prædicti præscriptum respective erigantur, et instituantur conscientiam futuri episcopi super his onerando eadem apostolica auctoritate præcipimus atque mandamus, et pro ejusdem seminarii diocesani mantentione et dote novi futuri episcopi cura, ut præfertur, erigendi summam quingentum scutorum monetæ Florentinæ prædictæ etiam à Petro Leopoldo archiduce, et magno duce præfato, ejusque in magno Hetruriæ ducatu hujusmodi successoribus prædictis quoque suppetendam pari apostolica auctoritate etiam perpetuo constituimus, et assignamus.

Clausulæ salutaris et irritantes.

§. 16. Decernentes præsentem Nostrum motum proprium, et eandem præsentem semper, et perpetuo validum, et efficacem, ac validas et efficaces, esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; et sic ab omnibus, et singulis ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum etc. decretis in genere, et in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore quomodolibet concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiam de illis, eorumque lotis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales etc. derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

Præceptum de inscribendis redditibus mensæ in libris cameræ apostolicæ.

§. 17. Volumus autem, quod dicta ecclesia episcopalis Apuana, per Nos, ut præfertur, erecta, et instituta juxta redditus prædictos illius mensæ episco-

pali, etiam, ut præfertur, applicatos, et assignatos de more ad florenos auri quatuorcentum taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat.

§. 18. Nos autem per easdem præsentem nuncium præfatum in dicta civitate Florentiæ commorantem in executorem etc. tenore præsentium deputamus, nec non eidem nuncio facultatem, ut ipse quamcumque personam in ecclesiastica dignitate constitutam in hujusmodi executione subdelegare etc. dicta apostolica auctoritate pariter concedimus, et impartimur. Nulli ergo etc. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo septimo quarto nonas julii pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

Deputatio executoris apostolici.

Hasce literas apostolicas summus pontifex hocce anno 1797. reformavit, quoad ordinem et gradum dignitatum capitalarium in hunc modum, videlicet ut prima dignitas in perpetuum sit præpositura, secunda archidiaconatus, tertia decanatus, et quarta primiceriatus.

MCVI.

Dat. die 20 junii 1797 anno XXIII.

Confirmatur concordia inter archiepiscopum Beneventanum ex una, et episcopum Abellinensem ex altera parte inita de ac super jurisdictione in parochia nuper fundata pro cura animarum terre de Pratola.

Pius PP. VI

Venerabilis frater, salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Decet Romanum pontificem in ea, quæ pro faciliiori animarum christifidelium cura scite, ac prudenter constituta sunt, auctoritatis suæ partes interponere, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Præmissum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod cum jampridem cura animarum in terra de Pratola, quæ est sita in via regia a civitate Abellinensi ad Apuliam pro parte dextra ejusdem viæ tibi, atque archiepiscopo Beneventano

Expositio præcæm.

pro tempore in spiritualibus subjecta ab archipresbytero de Montefalcione, pro parte vero sinistra episcopo Abellinensi pariter in spiritualibus subdita ab archipresbytero de Serra gereretur, ac plura hinc ob distantiam harum ecclesiarum parochialium extassent incommoda, hisce occurrere desiderans princeps de Montemiletto ejusdem terræ baro novam ecclesiam in diocesi Beneventana e fundamentis erexit eo consilio, ut illic parochus institueretur, qui spiritualem incolarum dictæ terræ curam administrasset; et quidem vix perfecta ecclesia prædicta ab archiepiscopo Beneventano prædecessore tuo de idoneo parcho fuit provisiva, atque interim idem archiepiscopus Beneventanus ex una, et episcopus Abellinensis ex altera parte de utriusque jurisdictione agere susceperunt, et facile jam tunc finita res esset, nisi plura remorata essent pactarum conventionum stipulationem, quæ tandem aliquando a bonæ memoriæ Francisco Maria, dum vixit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Banditi ex dispensatione, et indulto apostolico archiepiscopo Beneventano celebrata est tenoris qui sequitur

In Dei Nomine amen.

Die vigesima quarta mensis augusti, undecima indictione, millesimo septingentesimo nonagesimo quarto Beneventi etc. Pontificatus etc. Regnante etc. Nos etc. Constituite personalmente in presenza nostra l' infranominande persone, cioè

§. 3. L' illustrissimo e reverendissimo monsignore don Celestino canonico Tramontani, vicario generale di questa reverendissima curia arcivescovile di Benevento, alle cose infradicende specialmente destinato dall' eminentissimo, e reverendissimo signore cardinale Francesco Maria Banditi arcivescovo di questa predetta città di Benevento, il quale monsignore vicario Tramontani agge, ed interviene alle cose infrascritte in nome, e parte di detto eminentissimo signore cardinale arcivescovo, e per li di lui posteri, e successori arcivescovo da una parte etc.

Ed il rmo signore don Michele Limata abate infulato dell' insigne collegio sotto il titolo di s. Spirito di questa predetta città di Benevento procuratore alle cose, che sieguono specialmente deputato dall' illustrissimo, e reverendissimo signore Sebastiano de Rosa vescovo attuale della città di Avellino, e Frigento in virtù di publico istromen-

to di procura stipolato in detta città di Avellino sotto il dì due del corrente mese di agosto per gli atti del magnifico notaro don Francesco Saverio Plantulli di Napoli, commorante in detta città di Avellino, di cui copia autentica a me notaro si è esibita, et inferius ec. il quale signore abate Limata agge, ed interviene alle medesime cose infrascritte in nome, e parte di detto monsignore vescovo di Rosa, e come di lui procuratore ut supra ec. e per li suoi posteri, e successori vescovi dall'altra parte etc.

Nec non il molto reverendo signore don Vincenzo Capone, attuale arciprete dell' arcipretale chiesa sotto il titolo della beatissima vergine Assunta in cielo della terra di Montefalcione diocesi di Benevento, al presente in questa città, il quale agge, ed interviene benanche alle stesse cose infrascritte per se stesso, e per li suoi successori in detta chiesa arcipretale, da un'altra parte ec.

E l' accolito don Giacomo Sforza Beneventano, procuratore alle cose infradicende, specialmente deputato dal molto reverendo signore don Giuseppe Sellito arciprete dell' arcipretale chiesa sotto il titolo de' ss. Stefano, ed Ode-mo del castello di Serra diocesi di Avellino, in vigore di publico istromento di procura stipolato sotto il dì diecianove del corrente mese, ed anno per gli atti del mag. notaro don Giuseppe d' Alfiero della terra di Prata, di cui copia autentica pure a me notaro si è esibita, et pariter inferius etc. il quale don Giacomo procuratore agge benanche alle cose infrascritte in nome, e parte di detto signore arciprete Sellito, e per li di lui successori in detta chiesa arcipretale da un'altra parte. ec.

Ed il molto reverendo signore don Giuseppe di Alelio rettore curato della rettorale chiesa sotto il titolo della beatissima vergine Addolorata del casale di Pratola al presente in questa città, il quale parimenta agge, ed interviene alle medesime cose infrascritte per se stesso, e suoi successori in detta chiesa rettorale, dall' altra parte. ec.

§. 4. Asseriscono dette parti spontaneamente, e concordemente avanti di noi, qualmente essendosi tra il lodato eminentissimo, e reverendissimo signore cardinal Banditi arcivescovo di Benevento, ed il prefato illustrissimo, e reverendissimo monsignore de Rosa vescovo di Avellino, e di Frigento concluso e stabilito un trattato di rapporto alla cura spirituale delle anime di det-

Tenor conventionis.

Narratio factorum.

to casale di Pratola, si stabilirono, e determinarono alcuni capitoli, dichiarazioni, e patti firmati in margine di proprie mani di detto eminentissimo signore cardinale Banditi arcivescovo, e di detto illustrissimo e reverendissimo monsignore vescovo Rosa, per ridursi poi dette dichiarazioni, e convenzioni, capitoli, e patti in publica forma, colla stipola di publico istromento, ottenuto si sarebbe l'assenso, e beneplacito della maestà del re delle due Sicilie, Dio guardi, conforme da medesimi si rileva; essendosi già ottenuto il detto regio asseaso, che per anche a me notaro si è esibito, et inferius ec. ed ottenuto benanche il consenso del reverendissimo capitolo della cattedrale chiesa di detta città di Avellino, come dal documento pure a me notaro esibito, et inferius ec. rimanendo espressamente riservato anche il consenso di questo reverendissimo capitolo metropolitano di Benevento, et non aliter, alias, nec alio modo ec. (si nota come oggi 27 agosto 1794. il reverendissimo capitolo metropolitano di Benevento ha approvato l'introdotta piano, e foglio di convenzione, ed ha prestato il suo consenso per l'esecuzione del medesimo come dal documento esibito etc. onde etc.) intendendo perciò presentemente le nominate parti fare la pubblicazione del detto foglio de' capitoli, dichiarazioni, e convenzioni, e riduzione di quelli in publica forma, ne hanno a tal effetto richiesto me notaro per l'atto di tal pubblicazione, e riduzione in forma publica: ed attendendo una tal domanda troppo giusta, e ragionevole etc. pertanto oggi suddetto giorno etc. essendoci stato esibito, e presentato da esse parti il cennato foglio di capitoli, dichiarazioni, convenzioni, oblihi, e promesse, abbiamo quello con alta, ed intelligibile voce letto de verbo ad verbum, e dal principio sino al fine, prout jacet ec. e quello publicato in presenza tanto di esse suddette parti nei nomi, come sopra rispettivamente presenti, ed il medesimo foglio, e sue dichiarazioni, e convenzioni in tutte, e singole loro parti accettati ec. quanto dell' infrascritti regio giudice a contratti, e testimonj presenti, e specialmente chiamati per intervenire al presente pubblico atto: qual foglio è del tenore, che siegue, cioè.

§. 5. Il casale di Pratola feudo dell' illustre signore principe di Montemiletto, rispetto poi alla spirituale giurisdizione, è soggetto per la metà di

sopra della strada regia a monsignore arcivescovo di Benevento, e per la metà di sotto a monsignore vescovo di Avellino: gli abitanti di sopra furono parrochiani della parrocchia di Montefalcione, e quei di sotto della chiesa parrochiale di Serra ambedue di patronato dello stesso signor principe anche possessore di quei luoghi. Per maggior comodo de' figliani a spese del medesimo signor principe, precedente reale assenso, ed approvazione con dispaccio dei 25. settembre 1762. fu eretta, poi consagrada dall' arcivescovo di Benevento, una nuova chiesa sotto il titolo di Maria Addolorata dalla parte però di sopra in territorio dell' arcivescovo di Benevento filiale di Montefalcione colla riserva del padronato al principe medesimo. Da questo si è domandato, che senza più destinarsi due curati con poco sostentamento dei medesimi vi si destini un parroco con vera, e reale dismembrazione del territorio della parrocchia di Montefalcione, e Serra, il quale ne porti la cura spirituale, senza confusione, e col congruo sostegno. Avendo l' arcivescovo attuale eminentissimo Banditi, ed il vescovo di Avellino monsignore de Rosa esaminato questo progetto, e trovato utile alla gloria del Signore, ed al vantaggio spirituale di quelle anime, son disposti a concorrere al medesimo; quando venga approvato da sua maestà colle seguenti dichiarazioni, cioè.

I.

§. 6. Si debba assegnare al vicario curato un congruo assegnamento di ducati cento trenta, cioè ducati cento per lui, e trenta per il mantenimento della chiesa, oltre li ducati dodici assegnatili in dote dall' illustre signore principe di Montemiletto in tempo della congregazione della suddetta chiesa. Li ducati cento trenta debbano corrispondersi dall' arciprete di Montefalcione, e da quello di Serra, cioè ducati ottanta dall' arciprete di Montefalcione, e ducati cinquanta da quello di Serra, siccome ameadue detti arcipreti se ne obbligarono con due istromenti passati tra essi con l' illustre signor principe di Montemiletto, e con sentenze delle due curie Beneventana, ed Avellinese, di quella di Benevento in data dei 25. ottobre 1762, e di quella di Avellino sotto il dì 11. dicembre 1789.

De pensione vicario curato solvenda.

II.

De electione vicarij.

§. 7. Il suddetto vicario curato si provvederà, e destinerà per turnum dall'arcivescovo di Benevento, e dal vescovo di Avellino, precedente la nomina, e presentazione da farsi dal medesimo illustre signore principe di Montemiletto. Fatta la presentazione, o sia nomina si dovrà la persona nominata esaminare ad formam sacri concilii Tridentini, et servatis servandis instituirsi. La prima volta si farà l'elezione, ed istituzione dalla curia di Benevento con buona grazia di monsignore d'Avellino, anche a riflesso di essere la nuova chiesa situata in giurisdizione di Benevento, senza tenersi conto delle altre istituzioni fatte dalla curia Beneventana sia' oggi, come precedute alla presente concordia, poichè riguardo all'istituzione del curato comincerà a farsi dalla suddetta curia Beneventana per cessum, sive decesum dell'odierno signore don Giuseppe d'Alesio.

III.

De juribus vicarij curati.

§. 8. Istituito, che sarà tal vicario curato perpetuo averà la cura delle anime dell'intero casale di Pratola indipendentemente dall'arciprete di Montefalcione, e di Serra. Esiggerà tutti li diritti, ed emolumenti parrocchiali a suo beneficio con pagare la quarta funeraria per antico solito prima del concilio Romano sotto Benedetto XIII. la quarta delle decime sacramentali, ed ogni altra canonica prestazione, un'anno alla mensa di Benevento, ed un'altro anno alla mensa di Avellino nel tempo della santa visita.

IV.

De licentijs matrimonialibus.

§. 9. Quando si dovranno spedire le licenze de' matrimonj, si dovrà attendere a chi appartiene la donna, perchè essendo costei del luogo sopra la strada di territorio dell'arcivescovo di Benevento, alla di lui curia spetterà spedire il contrahatur, ed all'incontro si spedirà dalla curia di Avellino, se sia la donna di sotto la strada regia, territorio del vescovo di Avellino. Le testimoniali si spediranno da quella curia, a cui sarà soggetto l'uomo, e la donna che le richiede.

V.

§. 10. Per decreto di erezione come sopra, e reale approvazione, deve restare la nuova parrocchia di Pratola filiale di Montefalcione, e perciò lasciarsi in tutti gli onori riservati alla matrice riguardo alla processione del parroco, e figliani nel giorno dell'Assunzione in ogni anno colla prestazione di un censo di libbre due cera all'arciprete di Montefalcione, dal vicario curato di Pratola, o che questi sia stato istituito dalla curia di Benevento, o dalla curia di Avellino, e la stessa prestazione, e funzione si deve fare dal medesimo vicario curato alla chiesa matrice di Serra nel giorno del protettore di detto luogo s. Andeno.

De filiatione parocchie.

VI.

§. 11. Il medesimo vicario curato di Pratola, ottenuta, che avrà l'istituzione dalla curia di Benevento, sia tenuto rispettosamente presentarsi alla curia di Avellino, a cui deve mostrare l'ottenuta istituzione, e lo stesso deve fare l'istituto della curia di Avellino, con quella di Benevento, con doversi serbare in perpetuum questa reciproca corrispondenza.

De mutua dependentia parochiorum.

VII.

§. 12. Il vicario curato di Pratola dovrà intervenire al sinodo così di Benevento, che a quello di Avellino, come ogni altro parroco delle due diocesi, affinchè sappia le ordinazioni sinodali riguardanti la buona cura dei rispettivi sudditi.

De interventione ad synodum.

VIII.

§. 13. La santa visita si dovrà fare quolibet anno, cioè un'anno dall'arcivescovo di Benevento, ed un'anno dal vescovo di Avellino colla solita procurazione, e col prestare i cibari giusta il Tridentino, in maniera che nell'anno che cade la visita dell'uno non si faccia la stessa dall'altro. Per la persona del parroco, e pel di lui officio dovrà egli esser soggetto all'uno, ed all'altro, ed in conseguenza soggiacere alle correzioni quatenus etc. Essendo poi la mancanza gravissima per cui il curato dovesse meritare pena afflittiva, e vieppiù se di deposizione, è giusto, che proceda quell'ordinario, che gli diede l'istituzione. Per li preti poi

De visitatione quolibet anno facienda.

non proprii del visitatore, saranno questi anche obbligati tutti a corteggiare il visitatore, ma ciascun ordinaro chiamerà i suoi all'ubbidienza per non confondersi la giurisdizione.

IX.

De jurisdictione archiepiscopi super personis ecclesiasticis.

§. 14. La giurisdizione su de' preti si riterrà dall'arcivescovo, o vescovo, che gli ordinò, e se per istanza di non essere citati si ricoverassero nel territorio non proprio del vescovo ordinatore con buona grazia delle curie rispettive si faranno quelli eseguire.

X.

De divisione territorii.

§. 15. La divisione del territorio, che si smembra dal tenimento, ossia giurisdizione dell'arcipretura di Serra deve essere la seguente, cioè il territorio denominato s. Jorio, che lo divide, la via regia, e quella, che conduce a Montefalcione. Il territorio detto lo Boschetto, e propriamente quello, che viene diviso dalla strada, che conduce alla Pratola. Il territorio, che principia dal Piano, e continua colle Sandolle, e Scoppole sino al confine del territorio della giurisdizione di Montaperto. E dall'arcipretura di Montefalcione restano divise le massarie, ed i nomi abitanti. Il bosco della Cardogna, Nocelle, e Galli, e tutti li suddetti territorj rimangono incorporati alla nuova parrocchia di Pratola.

XI.

De suppressione ecclesie s. Anne.

§. 16. La chiesa antica di Pratola sotto il titolo di sant' Anna, che serviva per uso della parrocchia antica dalla parte di sotto resti profanata, e non possa erigersi altra chiesa, ed erigendosi acquisti l'arcivescovo i diritti, che concede nella sua chiesa al vescovo di Avellino.

XII.

De jure episcopi Avellani in peragenda visitatione.

§. 17. Portandosi il vescovo di Avellino in visita, e conseguentemente esercitando giurisdizione contro il territorio della diocesi Beneventana, la di cui visita deve restringersi a soli sacramenti, e sacramentali, ed agli utensili ad essi appartenenti, e necessari, come altresì a libri parrocchiali, e libri di messe pro popolo, restando riservati all'ispezione dell'arcivescovo di Bene-

vento, oltre i sacramenti, e sacramentali gli altri della stessa chiesa, ed ogni altro fuori delle cose sopra specificate, è permesso al vescovo di Avellino.

XIII.

§. 18. Nel caso della vacanza del vicario curato di Pratola, o per morte, o per rinuncia deve provvedere l'interino, ossia l'economomo quell'istesso ordinario, che l'istituì, affinché non manchi l'assistenza alla popolazione sino alla istituzione del nuovo vicario curato, che dovrà farsi da quell'ordinario, cui spetterà il turno, da cominciare dalla curia Beneventana come sopra.

De nominatione economi tempore vacationis facienda

§. 19. Quali capitoli, dichiarazioni, convenzioni, obblighi, e promesse espresse in detto preinserto foglio, così per me notaro letto, e pubblicato come sopra, e tutte e singole cose in esso dichiarate, enunciate, e convenute ec. hanno promesso, e promettono esse parti nei nomi come sopra rispettivamente; per stipola legittima, e solenne ec. sponte, e per ogni miglior via ec. anche col mezzo del loro giuramento tactis pectoribus more etc., ac scripturis respective etc. aver sempre, ed in ogni futuro tempo ec. per rate, grate, e ferme, ed inavolabilmente attendere, adempire, ed osservare giusta la di loro serie, tenore, e continenza, senza potervi controvenire per qualsivisia causa, titolo, pretesto, o ragione ec. per il di cui effetto hanno collo stesso giuramento espressamente rinunciato, come rinunciano a tutte, e qualsivisiano leggi, e benefici di esse in di loro favore, e rispettivamente di detti loro principali in qualunque modo decantino, e così non altrimenti, nè di altro modo ec.

Conclusio.

§. 20. E per la reale osservanza, e fermezza delle cose suddette ec. li predetti signori contraenti, nei nomi come sopra rispettivamente ec. sponte ec. hanno obbligato se stessi, loro successori, e beni suddetti ec. tanto nella più stretta forma della reverenda camera apostolica, colle solite clausole, quanto giusta il ritò della gran corte della vicaria, sub pœna, et ad pœnam dupli etc., medietate etc. cum potestate capiendi etc. ubique etc. constitutione precarii etc. citra etc. renunciantes etc. consentientes etc. unica etc. et tactis pectoribus more etc., ac scripturis respective etc. juraverunt presentibus opportunis.

Praemissio de servandis pactis conventis.

Confirmatio
apostolica.

§. 21. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, beneplacitum apostolicum fuerit hisce desuper reservatum, ac quo concordia hujusmodi firmitus subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis patrocinio communitri summopere desideres: Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, audita prius relatione dilecti filii magistri Julii Gabrieli congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum a secretis relatione, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, ac mandamus, ut veris existentibus narratis, et postquam ita expedire judicaveris præinsertam concordiam cum omnibus pactis, et conditionibus in ea contentis auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et prudentia gratis confirmes, et approbes, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus, siqui desuper in ea intervenerint, suppleas et sanes.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

§. 22. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolicæ auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 23. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima junii, millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostræ anno vicesimo tertio.

MCVII.

Indultum, ut mulieres claustrum conventus Barchinonensis fratrum ordinis sancti Francisci de observantia ingredi possint.

Venerabili fratri
episcopo Barchinonensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii minister provincie Catalauniæ ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, nec non minister et discretus tertii ordinis hujusmodi istius civitatis Barchinonensis, quod ab immemorabili in more positum erat, ut dum magno Christifidelium concursu in ecclesia, ac conventu Barchinonensi fratrum ordinis prædicti ab iisdem fratribus, et ab utriusque sexus christifidelibus dicti tertii ordinis devotum Viæ Crucis exercitium perageretur, non solum viri, sed etiam mulieres se junctim tamen ab hominibus, ac binæ ad infimum ejusdem conventus claustrum, devote, ac pie procederent, et quamvis emanata anno millesimo septingentesimo quadragesimo secundo a felicitis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessore Nostro constitutione, quæ incipit = *Regularis disciplina* = ab ea statim consuetudine recessum fuerit, paullo post tamen ex apostolico, ut creditur, indulto eadem consuetudo revocata fuit, usque dum anno millesimo septingentesimo nonagesimo primo, quod in tabulario nullo de indulto hujusmodi apostolico extabat documentum, a tunc exercente episcopo Barchinonensi pium exercitium hujusmodi interdictum fuit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat infimum claustrum prædictum ad hunc unum usum destinatum sit, ut christifidelium cadavera tumuleatur, atque ad ejusdem conventus ornatum, nullumque ex more hujusmodi incommodum in eandem clausuram redundet. Nobis propterea memorati exponentes supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præ-
cum.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi

Tenor conces-
sionis.

N 2

volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, audita prius tua hisce desuper relatione, supplicationibus hujusmodi inclinati fraternitati tuæ per præsentem committimus, ac mandamus, ut veris existentibus narratis, et quatenus in posterum in infimo claustro hujusmodi nulla fiet innovatio, quæ rerum statum immutet, consuetudinem prædictam, ut nempe mulieres in statis jam, ac ab usu præscriptis diebus tantum ad claustrum prædictum pie, ac devote exercitium prædictum comitando procedere possint, pro tuo arbitrio ac prudentia, ac cum iis conditionibus, quæ ad scandala antevertenda a priora arbitraberis, auctoritate Nostra apostolica permittas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus memorata Benedictina constitutione, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.



MCVIII.

Dat. die
7 Julii
1707
anno XXIII.

Concessio muneris procuratoris generalis ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum.

Dilecto filio Bartholomæo ab Imola fratrum ordinis minorum s. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **R**eligionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Proemium.

§. 2. Nuper pro parte venerabilis fratris Nostri Henrici cardinalis episcopi Tuscolani ducis Eboracensis nuncupati tui ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum apud Nos, et hanc sanctam Sedem protectoris expositum fuit, quod cum Nos novissime in episcopum Comaclensem dilectum etiam filium Gregorium a Marraria ejusdem ordinis fratrem expresse professum designavimus, munus huic definitoris generalis dicti ordinis, quo ipse fungitur, vacat, ac alium in illius locum per Nos sufficere summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Expositio precum.

§. 3. Nos igitur ipsius Henrici cardinalis episcopi votis, quantum cum Domino possumus annuere, teque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati te, qui frater ordinis præfati expresse professus congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium indici librorum prohibitorum, et expurgandorum præpositus consultor existis, ac officium a secretis apud procuratorem generalem ejusdem ordinis, ac Tenor concessionis.

custodis capituli generalis cum jure utriusque suffragii exerces, et de cõjus prudentiã, fide, religionis zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, ac ejusdem Henrici cardinalis episcopi consilio inter plures Nobis ad hoc nominatos in locum dicti Gregorii ad ecclesiam Cornaclensem promoti munus prædictum vacaverit, in illius locum cum omnibus, et singulis juribus, prærogativis, præeminentiis, auctoritate, jurisdictione, facultatibus, gratiis, indultis, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis, quibus memoratus Gregorius, ac cæteri defunctores generales utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui et gaudere possunt, vel poterunt in futurum in omnibus, et per omnia perinde ac si in frequenti capitulo generali ad officium, seu munus prædictum electus fuisses auctoritate, et tenore præsentium constituimus, facimus, et nominamus.

Sanctio poenalis.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostrò infligendis pœnis, omnibus, et singulis superioribus guardianis, fratribus, cæterisque personis quibuscumque ordinis prædicti, ad quos spectat, vel spectabit in futurum, ut te in definitorem generalem ejusdem ordinis in locum dicti Gregorii recognoscant, tuoque officio prædicto, illiusque libero exercitio juxta tenorem præsentium fungantur, et permittant, tibi que in omnibus, et per omnia ad officium prædictum quomodolibet pertinentia prompte pareant, et obediant, foveant, et adstant respective.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Ac decernentes easdem præsentès literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, tibi que in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, con-

firmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die septima julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MCIX.

Dat. die
18 julii
1797
anno XXXIII.

Extensio literarum apostolicarum diei 4 septembris 1795 super venditione bonorum ecclesiasticorum Sardinie regi concessarum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit charissimus in Christo filius Noster Carolus Emmanuel Sardinie rex illustris, quod Nos alias precibus claræ memoriæ Victorii Amadei, dum vixit, Sardinie pariter regis illustris parentis sui Nobis humiliter porrectis annuentes per Nostras in simili forma Brevis diei iv. septembris MDCCXCV. expeditas literas ex urgentissimis, rationabilibusque tunc adductis de causis, atque de peculiaris aliquorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalium congregationis deputatæ consilio bonæ memoriæ Victorio, Mariæ, Balthaxari, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesie presbytero cardinali Costa de Arignano nuncupato, ex dispensatione, atque indulto apostolico tunc archiepiscopo Taurinensi commisimus, ac mandavimus, ut venditis, atque alienatis, sub certis tunc expressis cautelis, et conditionibus bonis stabilibus ad abbatias, et beneficia ecclesiastica tunc vacantia, vel deinceps vacatura, quæ de jure patronatu regio, ac intra suam ditionem essent, spectantibus interim pro summa sexagies centena milia librarum monetæ Pedemontanæ tantum illorum pretium pro eorundem bonorum permutatione, et substitutione in emptionem tot LL. MM. montis sancti Joannis Baptistæ tunc regia auctoritate erecti erogaret, atque im-

Exponitur quid in præcedentibus literis concessum fuerit.

penderet, prout in memoratis Nostris literis continetur: et cum non multis post mensibus memoratus Victorius, Maria, Balthazar cardinalis archiepiscopus, viam universæ carnis sit ingressus, dilectum etiam filium Franciscum Ferrero œconomum generalem, seu administratorem beneficiorum in sua regia ditione vacantium auctoritate apostolica deputatum, vel œconomos generales hujusmodi pro tempore existentes auctoritate pariter apostolica legitime deputatos in locum defuncti Victorii, Mariæ, Balthazaris cardinalis archiepiscopi cum omnibus, et singulis facultatibus per memoratas Nostras literas, ac sub iisdem conditionibus, et cautelis in earundem literarum executores auctoritate apostolica suffecimus, et subrogavimus, atque in executores ejusmodi constituimus, et deputavimus, et alias prout in aliis Nostris in simili pariter forma Brevis die tertia junii anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti expeditis literis uberius continetur.

Ratio novæ
concessionis.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, bonorum stabilium hujusmodi alienationes, et distractiones pro dicta summa sexagies centena millia librarum monetæ Pedemontanæ fuerint jam perfectæ, et stipolatæ, rerum vero publicarum ratio postulet, ut quam primum alia bona ad abbatias, et beneficia ecclesiastica prædicta vacantia, vel deinceps vacatura, spectantia pro alia simili summa sexagies centena millia librarum pariter vendi, ac distrahi possint, ut illorum pretium in tot LL. MM. novis montis sub die decima sexta martii currentis anni erecti, aut in cædulas mensæ s. Secundi, quæ in vim ejusdem edicti eandem habent naturam, iisdem utuntur privilegiis, atque cautelis, quibus LL. MM. potiuntur, erogetur, hinc memoratus Carolus Emmanuel rex, cum Nos postulationem dicti Victorii Amadei regis parentis sui, quæ pro summa centies, et vices centena millia librarum erat justis de causis ad dictam summam sexagies centena millia restringendam interim censuerimus, confidit fore, ut opportune licentia vendendi alia bona prædicta pro ulteriori enunciata summa per Nos sibi concedetur: immo ut alia etiam indulta, quo urgentissimis status necessitatibus faciat satis, sibi pariter per nos impertientur: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsius Caroli Emmanuelis votis quantum cum Domino possumus annuere, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac memoratum Franciscum Ferrero a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eidem Francisco, qui ut præfertur, œconomus generalis, seu administrator beneficiorum in regia ditione prædicta vacantium auctoritate apostolica deputatus est, nec non œconomis generalibus, seu administratoribus hujusmodi pro tempore existentibus auctoritate pariter apostolica legitime deputatis per præsentem committimus, ac mandamus, ut per se, aut per alias personas, quæ ob prudentiam, consiliique gravitatem sint ab unoquoque episcopo pro sua cujusque diœcesi in Domino commendatæ, a se eligendas bona stabilia, ac fundos dictarum abbatiarum, ac beneficiorum, quæ de præsentibus vacant, vel deinceps vacabunt, spectantia pro alia summa dumtaxat sexagies centena millia librarum istius monetæ Pedemontanæ absque ullo suspensionis, interdicti, aliarumque ecclesiasticarum pœnarum incursu auctoritate Nostra apostolica vendant, et alienent; in eorumdem vero bonorum, seu fundorum subrogationem, seu permutationem pretium inde perceptum in emptionem LL. MM. dicti montis recens, ac sub die decima sexta martii currentis anni, ut præfertur, erecti juxta formam a dicto regio edicto præscriptam, vel in dictas cædulas mensæ s. Secundi auctoritate prædicta erogent, et impendant; ita tamen ut in stipulandis venditionibus hujusmodi, tum in illorum pretii erogatione omnes omnino conditiones, cautelæ, cæteraque omnia, quæ alias per dictas literas die quarta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto fuerunt in aliorum bonorum alienationes præscripta, religiose hic pariter custodiantur. Nos enim eidem Francisco, vel œconomis generali prædicto pro tempore existenti omnem, et quancumque necessariam, et opportunam ad præmissa faciendi, exequendi, et exequi mandandi facultatem prout in memoratis Nostris literis die quarta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto dicto Victorio Mariæ Balthazari cardinali archiepiscopo tribuimus harum serie de apostolicæ po-

Tenor concessio-
nis.

testatis plenitudine concedimus, et impertimur. Cum porro præter solutionem fructuum, seu usurarum LL. MM. tum montis recens erecti, ac cædularum mensæ s. Secundi prædictarum, tum montis sancti Joannis Baptistæ a regio ærario faciendam pro utraque summa valoris alienatorum, vel alienandorum honorum, seu stabilium prædictorum, regionum ærarium prædictum multis piis operibus, ac in majori eorundem fructuum summa prægraveretur.

Reservationes
speciales.

§. 4. Hinc ejusdem Caroli Emmanuelis regis precibus annuentes, ut solutionem fructuum, ac usurarum hujusmodi, dummodo tamen de iis interim jam dispositum non sit ad proximum futurum decennium tantum sustinere, atque interim hosce fructus in pios usus, qui eidem regio ærario incumbant, erogare possit auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus; sicuti pariter eidem Carolo Emmanueli regi, ut fructus LL. MM. quæ universitates, ac cætus, tum regulares, tum sæculares ex valore argenti ad monetalem officinam allati emerunt, ex quo prius nullum fructum accipiebant, in eosdem pios usus ad proximum futurum pariter decennium tantum impendere licite valeat auctoritate, et tenore præsentis indulgemus: insuper eidem Francisco, vel æconomis generalibus prædictis, ut etiam fundos, et bona stabilia ad abbatias, et beneficia prædicta, quæ sint, ut ajuat, plena, accedente tamen prævio libero possessorum consensu, quibus, ut consensum hujusmodi sine ullo ecclesiasticarum pœnarum incursu præstare valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium permittimus, spectantia vendendi, et alienandi, illorumque pretium in LL. MM. prædictorum, aut cædularum dicte mensæ s. Secundi emptionem, reservatis tamen in eorundem beneficiorum, seu abbatiarum possessorum commodum LL. MM. seu cædularum prædictorum fructibus impendendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus et impertimur. Præterea cum memoratus Carolus Emmanuel rex per enunciatum edictum die decima sexta martii currentis anni suos subditos, cæterosque rogaverit mutuum argentum in dissolutionem publici aeris alieni, ut securitate mutue pecuniæ subventores alliciantur, bona cleri sæcularis, et regularis pro eis hypothecare, ac oppignorare posse summopere desideret: Nos eidem Carolo Emmanueli regi, ut tum pro sorte princi-

pali, tum pro interusuriis bona, prædia, fundos, agros, molendina, domus, aliaque hujusmodi ad quascumque ecclesias, exceptis tamen episcopopalibus, et parochialibus, ad monasteria, conventus, capitula, aliaque pia loca sæcularia, et regularia utriusque sexus etiam undecim congregationum spectantia pro summa dumtaxat milliescentena millia librarum monetæ Pedemontanæ hypothecare, ac prædicta bona quoque omnia quarumcumque militia-rum etiam fratrum hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, accedente tamen consensu magni magistri ejusdem hospitalis pro alia necessaria summa hypothecæ pariter supponere possit, auctoritate, et tenore prædictis permittimus; si autem unus, aut alter ex clero sæculari, et regulari hujusmodi bona sua ab edicta hypotheca levare desiderans, aliqua bona in emptionem LL. montium, aut cædularum dicte mensæ s. Secundi, ac dissolutionem publici aeris alieni vendere intendat, ipsius Caroli Emmanuelis regis intuitu, ut hæ alienationes amissis prorsus canonicis solemnitatibus in alienandis bonis ecclesiasticorum præscriptis, sed servatis dumtaxat cautelis, et conditionibus jam in vendendis bonis, ac fundis ad abbatias, et beneficia de juris patronatu regio pertinentibus supra expressis, perfici possint auctoritate, et tenore prædictis indulgemus.

§. 5. Insuper eidem Carolo Emmanueli regi subsidium, seu donativum ditionibus conventibus, seu monasteriis suæ regniæ ditionis cujuscumque sint instituti, undecim etiam congregationum pro summa cum eorundem conventuum, seu monasteriorum superioribus concordanda auctoritate Nostra apostolica postulandi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus et impertimur. Tandem cum ex parvis conventibus, ac monasteriis nulla utilitas, plerumque etiam scandalosa in Christifideles exoriantur, venerabilibus fratribus archiepiscopis, aut episcopis intra quorum dioceses, conventus, seu monasteria hujusmodi extant, per præsentis committimus, ac mandamus, ut ad postulationem ejusdem Caroli Emmanuelis regis hosce conventus, seu monasteria in quibus scilicet octo saltem fratres, seu monachi degere non solent, auctoritate Nostra apostolica supprimant, atque extinguant. Fratres vero, seu monachi inibi commorantes ad alios conventus, seu monasteria ejusdem instituti, assignata eis

Consultatur mo-
nachis conventuum
supplementum
mendorum.

annua pensione juxta vires supprimendi conventus, seu monasterii præfigenda transferant; bona vero omnia, jura, actionesque ad eosdem conventus, et monasteria spectantia in arbitrium, et dispensationem dicti Caroli Emmaouelis regis, supportatis tamen omnibus, et singulis oneribus iis adnexis, permittant.

Clausula sub-
lata, et decre-
ta irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque causæ propter quas ipsæ præsentibus emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, aut ex alia quolibet etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis magna, et substantiali, ac individua expressionem requirente defectu notari, impugari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine concessio, quempiam in judicio, et extra illud uti, seu se juvare, sed ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinariorum, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolice auditores judicari et definitum debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac felicis recordationis Pauli pp. II. aliorumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, cæterisque contrariis quibus-

cumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die decima octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostræ anno vicesimo tertio.

MCX.

Dat. die
18 julii
1797
anno XXXIII.

Privilegium rite sepeliendi fidelium mortuorum corpora in suis ecclesiis pro religione fratrum de Pœnitentia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**xpositum Nobis nuper est dilecti filii moderni vicarii generalis fratrum de Pœnitentia nuncupatorum nomine suæ congregationis ad religionis gradum, et dignitatem a Nobis auctoritate apostolica olim evectæ, fuisse communicata etiam privilegia omnia, quæ fratribus ordinis sancti Francisci essent a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris concessa, quibusque itum gaudent, tum gaudere in futurum possint, prout in Nostris in simili forma Brevis die vicesima prima maii anni millesimi septingentesimi octuagesimi, quarti expeditis literis, quarum tenorem hic præ plene expresso haberi volumus, uberius continetur. Etsi vero ea inter privilegia illud quoque sit, ut christifidelium mortuorum corpora in ecclesiis, aut cæmeteriis ejus ordinis sepeliri possint, idque privilegium fratres de Pœnitentia sibi adhuc jure quodam suo vindicaverint, quo omnis tamen scrupulus eximatur, ac nullus deinceps quamvis litigioso homini controversiæ locus relinquatur, vehementer se cupere, et orare eundem vicarium generalem, ut sigillatione aperte, ac dilucide id genus privilegii suæ religioni a Nobis ipsis adseratur, et adjudicetur.

Exponitur qua-
litas concessio-
rum privilegio-
rum.

§. 2. Nos igitur hac in re ejus votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ipsumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantam rei gratia absolventes, et absolutam fore sententes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam venerabili fratre Thoma archiepiscopo Petrensi congregationis venerabilium fratrum No-

Amplius pri-
vilegium se-
peliendi mor-
tuos, servata
quarta fuera-
ria favore pa-
rochi.

strorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum secretario, religionem, seu ordinem fratrum de Pœnitentia, jus habere, ut Christifidelium vita functorum corpora, qui in eorum ecclesiis, aut cœmeteriis quibuscumque ubivis gentium positis sepulchro condi mandaverint, rite, et servatis diligenter omnibus ex sanctissima Ecclesiæ disciplina, et quarta, quæ dicitur funeralium, ecclesiæ parochiali, cui debetur, juxta sacros canones, et consuetudinem persoluta, sepeliri illic possint, et valeant non secus atque in ecclesiis, et cœmeteriis fratrum ordinis sancti Francisci, per præsentis auctoritate apostolica declaramus, et quatenus opus sit, illud ei de novo concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiendum esse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non religionis, seu ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrariam præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Bull. Rom. Tom. X. F. 54.

§. 6. Volumus autem, ut eorundem præsentium litterarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava juli millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

Fides habenda transumptis.

MCXI.

Dat. die
21 juli
1797
anno XXIII.

Instante episcopo Plocensi confirmatur concessio cujusdam canonis.

Venerabili fratri episcopo Plocensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod cum alias Michael Georgius, dum vixit, episcopus Plocensis immediatus prædecessor tuus, quo maximum damnum, quod parochialis ecclesia in villa Pniewo Plocensis diœcesis ex casuali igne anno millesimo septingentesimo nonagesimo sexto fecit ex parte resarcire, parochis Pniewensibus pro tempore existentibus de consensu sui capituli quosdam fundos, et agros communiter Lemany nuncupatos ad mensam episcopalem Plocensem pertinentibus sub annuo censu viginti florenorum monetæ Polonæ ab eodem parochio mensæ episcopali solvendo in modum emphyteusis perpetuæ concesserit, tu considerans solutionem canonis hujusmodi per parochos hujusmodi faciendam gravem nimis esse, modernum, ac pro tempore existentes parochos prædictos a solutione canonis hujusmodi vindicasti de consensu tui capituli, imo etiam quamdam scultetiam sub certis tunc descriptis finibus, seu quasdam domunculas, et partes agri pro commodiori, ac securiori ædificiorum plebanalium dictæ ecclesiæ parochialis Pniewensis eisdem moderno, et pro tempore existentibus parochis Pniewensibus donasti, ac eidem parochiali ecclesiæ,

Expositio præcedens.

accedente pariter consensu ejusdem toi capituli incorporasti. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo hæc omnia suum sortiantur effectum, ac firmiter subsistant, et serventur exactius fuerit a te Nostrum beneplacitum apostolicum reservatum, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolice confirmationis.

§. 2. Nos igitur te specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per presentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnia, et singula, ut præfertur, gesta, quatenus ita judicaveris expedire, pro tuo arbitrio, et conscientia auctoritate Nostra apostolica confirmes, et approbes, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, scies, et suppleas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quacumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Pauli II., et aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima Julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

M CXII.

Dat. die
24 Julii
1797
anno XXXIII.

Episcopo Melitensi conceditur usus pallii, et eidem indignantur leges servandæ in illius receptione, et usu.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Venerabili fratri Vincentio Labini
episcopo Melitensi salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum alias Nos nuper archiepiscopalem ecclesiam Rhodiensem, quæ in partibus infidelium consistit; certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam cathedrali ecclesiæ Melitensi, cui tunc præeras, prout ad præsens præes apostolica auctoritate perpetuo univertimus, et incorporaverimus; tibi que ac pro tempore tibi in ecclesia Melitensi præfata succedenti usum pallii in solemnitatibus per sacros canones prescriptis celebrandis, simili apostolica auctoritate concesserimus, atque indulserimus, prout in literis apostolicis in forma Brevis sub annulo piscatoris die tertia mensis martii proxime præteriti desuper expeditis, plenius continetur. Ac postmodum pallium ipsum insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii ex parte tua fuerit hodie a Nobis per dilectum filium Julium Carolum Aloisium Constantem Nostræ consistorialis aulæ advocatum cum ea qua decuit reverentia postulatum, Nos supplicationibus tuis annuentes pallium ipsum de corpore beati Petri sumptum per dilectum etiam filium alterum quem maueris ex dignitates ecclesiæ Melitensis præfate obtinentibus tibi assignandum per dilectum pariter filium Joannem Baptistam Contini presbyterum Anconitanæ diocesis nuncium tuam duximus destinandam, ut ipse dignitatem obtinens illud tibi sub infrascripta forma assignet, et a te Nostro, et Romanæ Ecclesiæ nomine sub alia etiam presentibus inserta forma fidelitatis debite solitum recipiat juramentum.

Ratio concessionis.

§. 2. Tu autem pallio eodem sic intra dictam ecclesiam tuam Melitensem juxta tamen formam in præfatis literis præscriptam dumtaxat uteris. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius, interius serves in mente, fraternitatem tuam monemus, et hortamur attente, quatenus humilitatem, et justitiam dante Domino, qui

Leges servandæ in usu pallii ab episcopo.

dat præmia, et munera elargitur observare studeas, quæ suam servant, et promovent servatorem, ac eandem Melitensem sponsam tuam cures sollicite auctore Domino spiritualiter, et temporaliter augmentare. Quocirca ipsi dignitatem obtinenti per apostolica scripta mandamus, quatenus ipse dictum pallium juxta eandem subsequentem formam tibi curet assignare, et a te Nostro, et Romanæ Ecclesiæ nomine sub reliqua forma hujusmodi fidelitatis debitæ solitum recipiat juramentum, ejusque sic a te præstiti juramenti formam Nobis de verbo ad verbum per tuas patentes literas tuo sigillo munitas per proprium nuncium quantocitius destinare procures.

Forma concessionis recitanda a nuncio apostolico.

§. 3. Forma autem qua dignitatem obtinens in assignando tibi dicto pallio utetur, hæc est » Ad honorem omnipotentis Dei, ac beatæ Mariæ virginis, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, ac domini Nostri Pii papæ sexti, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nec non ecclesiæ Melitensis tibi commissæ trado tibi pallium de corpore beati Petri sumptum, plenitudinem videlicet pontificalis officii, ut eo utaris intra ecclesiam tuam in prædictis solemnitatibus, ac locis in supra dictis literis præscriptis.

Forma juramenti præstandi ab episcopo.

§. 4. Forma autem juramenti, quod præstabis talis est » Ego Vincentius Labini episcopus Melitensis ab hac hora in antea fidelis, et obediens ero beato Petro, Sanctæque apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, ac domino Nostro domino Pio papæ sexto, suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in concilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, seu capiantur mala captione. Consilium vero, quod mihi credituri sunt per se, aut nuncios, seu literas ad eorum damnationem, me sciente, nemini pandam. Papatum Romanum, et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum, et defendendum contra omnem hominem: legatam apostolicæ Sedis in eundo, et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adjuvabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditio: apostolorum limina singulis trienniis visitabo, aut per me, aut per meum nuncium, nisi apostolica absolvar licentia; possessiones vero ad mensam mei episcopatus pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, vel aliquo modo alienabo,

Bull. Rom. Tom. X. F. 54.

» inconsulto Romano pontifice, et constitutionem super prohibitione investiturarum honorum jurisdictionalium » de anno Domini millesimo sexcentesimo vicesimo quinto editam servabo. Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei evangelia. » Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, nono kalendas augusti, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MCXIII.

Dat. die
28 julii
1597
anno XXIII.

Congregationi clericorum sub titulo beatæ Mariæ virginis in cælum Assumptæ civitatis Cavensis communicantur privilegia spiritualia alias similibus congregationibus concessa.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Quoties a Nobis petitur, quod ad divinum augendum cultum, animarumque Christifidelium salutem facilius procurandam, ac commodum esse dignoscitur, omnino Nos decet id libenter concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Præmium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerant dilecti filii presbyteri sæculares congregationis clericorum sub titulo beatæ Mariæ virginis in cælum Assumptæ civitatis Cavensis, quod postquam ab anno usque millesimo sexcentesimo decimo sexto, in quo congregatio prædicta fuit instituta, illius sodales sacro, ac apostolico e missionum ministerio magna cum laude, atque animarum Christifidelium utilitate, ac in via Domini progressu suis, ac ejusdem congregationis sumptibus jugiter fuerant addicti. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, ad uberiores laborum suorum fructum percipiendum, faciliorem peccatorum conversionem obtinendam, ac animarum Christifidelium profectum summopere conferret, si iisdem facultatibus, ac privilegiis spiritualibus, quibus aliæ simillimæ presbyterorum sæcularium congregationis sub titulo sanctissimæ Mariæ Puritatis in ecclesia sancti Georgii presbyterorum sæcularium congregationis priorum operariorum

Expositis præcibus.

nuncupatorum Neapolis erectæ ex apostolicis indultis, ac concessionibus utuntur, ipsi exponentes pariter uti, frui, et gaudere possent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, audita prius venerabilis fratris episcopi Cavensis relatione, ac omnium, et singularum Nostrarum, aut Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum concessionum, ac indultorum hujusmodi tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, et insertis habentes, dictis supplicationibus inclinati, dictæ clericorum congregationis sub titulo beate Mariæ virginis in cælum Assumptæ congregationi civitatis Cavensis, illiusque presbyteris sæcularibus, ac personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, indulgentiis, aliisque indultis, ac gratiis spiritualibus memoratis congregationibus, et signanter congregationi sub titulo sanctissimæ Puritatis in ecclesia sancti Georgii presbyterorum sæcularium congregationis Piorum Operariorum nuncupatorum Neapolis erectis per Nos, aut eosdem Romanos pontifices prædecessores Nostros quomodolibet concessis etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, et quibus memoratæ congregationis, eorumque sodales, et personæ ex Nostra, aut ipsorum prædecessorum Nostrorum concessione de præsentibus utuntur, fruuntur, et gaudent, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia perinde ac si privilegia, favores, indulgentiæ, aliaque indulta, ac gratiæ spirituales hujusmodi ipsi congregationi ecclesiasticorum Cavensium, ejusque presbyteris sæcularibus, et personis quibuscumque specialiter concessa fuissent, dummodo ipsius congregationis presbyteri, et personæ nunc, et pro tempore existentes earundem congregationum instituta observent, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et

efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

Derogatio contrarium.

M CXIV.

Facultas imponendi subsidium extraordinarium super bonis cleri sæcularis et regularis ditionis Ecclesiasticæ.

Dat. die
31 Julii
1797
anno XXXIII.

Venerabili fratri Nostro Carolo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ episcopo cardinali Portuensi Rezzonico nuncupato ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerario.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. Non opus esse credimus apud fraternitatem tuam multis verbis uti ad demonstrandum quot sumptus hisce novissimis temporibus cum religionis, et reipublicæ salus in discrimen adducta esset, pro causa publica fuerint necessarii. Quamobrem cum grande æs alienum a Nostro ærario jam ob alias gravissimas causas inopi fuerit contractum, nec non plures, atque plures schædæ nummarie sub publica tantum fide fue-

Proemium.

rint impensæ, adeo ut ob immodicam illarum quantitatem tum ex rei natura, tum præsertim ex hominum malitia illarum valor quotidie decrescat: Nos ex officii Nostri debito nonnullos venerabiles fratres Nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales ad hanc difficilem provinciã deputavimus, ut omnibus ad rerum circumstantias perpensis, rationes Nobis suppeditarent, quibus, et schædarum hujusmodi quantitas, et publicum debitum levaretur, ita tamen ut Nostri, et apostolicæ Sedis in temporalibus subditi Nobis quam maxime cari, et accepti ex hisce quam minimum subirent incommodum. Itaque cum interim plures præsertim inter clerum prompti, ac parati ostendissent se sua bona pro viribus in hanc publicam causam conferre, optimum fore arbitratum est, si aliquod extraordinarium subsidium a clero tum sæculari, tum regulari ditionis Nostræ ecclesiasticæ rogaretur.

§. 2. Nos igitur considerantes quam æquum, ac justum sit, ut quemadmodum commune cum laicis fuit ecclesiasticorum periculum, communia pariter essent, quæ exinde extiterunt incommoda, atque a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostri in urgentissimis Ecclesiæ, et status temporibus similia fuisse adhibita remedia, horum vestigia sectantes, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostri, deque apostolicæ potestatis plenitudine fraternitati tuæ, de cuius prudentia, zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus præsentibus committimus, ac mandamus, ut extraordinarium subsidium unius sextæ partis valoris omnium, et quorumcumque bonorum, possessionum, ac capitalium cujuscumque generis, et conditionis sicut etiam primæ erectionis, ad quascumque ecclesias, et mensas archiepiscopales, episcopales, abbatiales, conventuales, capitulares, et ad prioratus, præceptorias, seu commendas, præposituras, canonicatus, præbendas, et dignitates etiam majores, et principales, et ad alia quæcumque beneficia ecclesiastica cum curâ, et sine curâ sæcularia, et cappellanias etiam de jure patronatu, ac ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales spectantium, nec non ad monasteria quæcumque, conventus, collegiatus, hospitia, et alia loca pia sæcularia, et regularia utriusque sexus

etiam undecim congregationum, et ad fabricam basilicæ principis apostolorum, ad universalem Romanam inquisitionem, et ad quaslibet militias etiam fratrum hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani pertinentium, et in ditione Nostra ecclesiastica existentium auctoritate Nostra apostolica roges, indices, atque imperes. Quocirca volumus, ut eorundem bonorum ecclesiasticorum possessoribus, seu administratoribus tum sæcularibus, tum regularibus, ut unum, aut plures annuos census pro sexta parte valoris eorundem bonorum in solutionem dicti extraordinarii subsidii illorum pretium erogandos super bonis ecclesiasticis hujusmodi vendere, aut alios contractus more camerali, eo minori fœnore quo fieri poterit, de consensu dumtaxat, et approbatione ordinarii loci, ubi bona sita sunt, et absque solemnitatibus a sacris canonibus præscriptis, ac sine ullo ecclesiasticarum penarum bona Ecclesiæ alienantibus irrogatarum incursu inire libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate prædicta permittas.

§. 3. Tibi præterea injungimus, ut pro majori securitate illorum, qui hæc pecunias, ac summas fœnori dabant non solum bona censita, si hi contractus facti sint, sed etiam alias quatuor partes bonorum ecclesiasticorum hujusmodi tum pro sorte principali, tum pro interusuriis hypothecata esse, et fore declares. Immo, ut magis, magisque subventoribus prædictis caveatur, tibi committimus, ut in subsidium etiam cætera bona ecclesiastica ditionis ecclesiæ Romanæ, nec non bona principatus pro eis hypothecata esse, et fore decernas. Quo porro indemnitati eorundem possessorum bonorum ecclesiasticorum consulatur, tibi mandamus, ut eis usuras quadrantes pro sorte principali dicti subsidii extraordinarii ab ærario Nostro persolvendas dicta auctoritate promittas. Quod si nihilominus patrimoniorum sacrorum mensarum episcopalium, ac beneficiorum cum cura animarum, fructus, ac redditus ex subsidio extraordinario hujusmodi adeo imminuantur, ut eis congrua conciliaris taxatio deficiat, tum ea quoties hoc legitime constet, ab extraordinario subsidio hujusmodi omnino eximimus, et liberamus, atque ea exempta, et libera esse, et fore volumus, et declaramus. Postquam vero tum hisce ecclesiasticorum

Ratio concessio-

Caute adhibende in creatione aris alieni.

subsidiis, quum, et aliis, quæ laicis quoque imperabimus, prædictarum schædarum moles plurimum fuerit imminuta, ut ea si quæ adhuc reliqua superent earundem quantitas integra apud omnes fide, et securitate fruatur præter alia in hanc rem opportuna adhibenda remedia, et signanter volumus ut pro his itidem bona fiscalia et principatus, aut eidem principatui quomodocumque obnoxia hypothecæ supponas.

Deputatio iudicis privati.

§. 4. Tandem tibi committimus, ut dilectum filium magistrum Hieronymum della Porta cameræ Nostræ thesaurarium generalem, vel pro tempore existentem thesaurarium generalem in iudicem privatum, atque prædictæ voluntatis Nostræ exequantorem cum omnibus, et singulis facultatibus necessariis, et opportunis, omnes, et singulas causas de plano et sine forma, et strepitu iudicii omni appellatione remota decidendi, terminandi auctoritate Nostræ apostolica constituas ac deutes. Nos enim tibi omnem, et quamcumque circa præmissa faciendi, gerendi, exequendi, et exequi mandandi opportunam, et necessariam facultatem motu, scientia, et auctoritate paribus tenore præsentium tribuimus et impertimus.

Clausula subita et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quacumque spectabit in futurum cujuscumque status, gradus, ordinis, præminentia, et dignitatis existant inviolabiliter observari, et adimpleri debere, neque ipsas præsentis literas etiam ex eo, quod in præmissis quomodolibet interesse habentes, et habere prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas eadem præsentis literæ emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque etiam quantumvis iuxta, legitima, pia, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clausæ etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, ad terminos juris reduci, seu

adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, nec impetrato, aut etiam motu proprio, et de apostolicæ potestatis plenitudine concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, nec se iurare unquam posse; sicque, et non aliter in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolici auditores, iudicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio eorum prætorum.

§. 6. Non obstantibus omnibus, et singulis præmissis, nec non felicis recordationis Pauli pp. II. ac Pii pp. IV., aliorumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiæ, ac cameræ apostolicæ non alienandis, nec non ejusdem Pii prædecessoris de registrandis, ac Bonifacii pp. VIII. prædecessoris itidem Nostræ de una, ac concilii generalis de duabus dietis, aliisque apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, collegiorum, et locorum piorum, ac ordinum, congregationum, societatum, militiarum, et aliorum præfatorum, et quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis et usibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, ac literis apostolicis eisdem ecclesiis, monasteriis, collegiis, conventibus, et locis piis, ac ordinibus, congregationibus, societatibus, militiis, et aliis præfatis, illorumque præsulis, capitulis, abbatibus, aliisque superioribus, et personis quibuslibet etiam in limine fundationis, et erectionis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quæ-

vis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac plenissime derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

beatum, quæ haberetur ipsis presentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MCXV.

Dat. die
4 augusti
1797
anno XXIII.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui die undecima septembris et die septima julii visitaverint ecclesias ordinis sancti Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio, et tenor
concessionis.

§. 1. Ad augendum fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac s. communionem refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum, quam monialium ordinis minorum sancti Francisci cappuccinorum nuncupatorum ubicumque existentem die undecima mensis septembris, nec non die septima mensis julii a primis vespere usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque: presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 2. Volumus autem, ut presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prosus fides ha-

Fides habenda
transumptis.

MCXVI.

Subjectio consulatus Tuneti cappellano majori exercituum regis catholici.

Dat. die
4 augusti
1797
anno XXIII.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Decet Romanum pontificem suam auctoritatem in ea libenter interponere, per quæ dissensiones, atque jurgia inter Christifideles præsertim in infidelium partibus commorantes facile compescuntur, prout in Domino salubriter expedire conspicit.

Proemium.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, quod cum non raro discordiæ inter suos consules generales, seu alios suos administrarios in oppido Tuneti degentes ex uoa, et dilectos filios missionarios congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium de propaganda fide subjectos, ex altera parte de ac super spirituali jurisdictione, quoad suos subditos extiterint, ut hisce promptum remedium, antequam in apertum scandalum convertantur, per Nos adhiberi summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præcæ et ratio
concessionis.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Caroli votis, quantum cum Domino possumus annuere, ac specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, ac singulas illorum personas, quorum interest a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, prævia dicti officii consulatus, cum omnibus; et singulis ei quomodolibet obnoxiiis, cæterisque omnibus Hispanis eidem regi catholico subditis, eorum-

Subjectio consulatus novæ
jurisdictioni.

que familiis Tuneti commorantibus, vel illuc adventantibus separatione, dismembratione, et divisione a quacumque ordinaria jurisdictione, et superioritate, cui usque adhuc fuit subiectum, illud, atque omnes omnino subditos Hispanos, cum suis familiis, qui Tuneti degunt, vel illuc in posterum se transferent omnimodæ atque ordinariæ moderati, et pro tempore existentis cappellani majoris exercituum regis catholici, vel ejus vicarii generalis, ac delegatorum jurisdictioni, et auctoritati apostolica auctoritate perpetuis futuris temporibus tenore præsentium subiiciamus.

Concessio dispensationis super usu carniam temporibus inibiis.

§. 4. Præterea tum consuli prædicto, vel vice-consuli pro tempore existenti, tum omnibus, et singulis Hispanis, qui Tunetum migraverint, aut migraturi sint, et cujusque familiæ, atque jis quoque, qui eorum meas discumbunt, ut diebus esurialibus ab Ecclesia præscriptis, iisdem cibis uti libere, ac licite possint, et valeant, quibus ex apostolica dispensatione, ac indulto vesci eis fas esset, si intra reguorum Hispaniæ fines versarentur perpetuis pariter temporibus auctoritate, et tenore prædictis de speciali dono gratiæ concedimus, et indulgemus.

Clausule salutare.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus iteras semper, et perpetuo validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere debere, ac nullo naquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis legitima, et iurica etiam ex eo, quod in præmissis omnibus, et singulis, et circa ea quomodolibet, vel ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes cujuscumque dignitatis, gradus, et præminentia sint, illis non consenserint, aut ad id vocati, et auditi, et causæ, propter quas eadem præsentibus emanaverint, adductæ, verificatæ, ac justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specificam, et individuanam mentionem, ac expressionem requirente defectu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto,

vel consuetudine aliqua resultante, seu enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque colore, prætextu, ratione, vel causa etiam in capite juris clausa, occasione, aliave causa quantumvis justa, rationabili, legitima, iuridica, pia, privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, vel quod de voluntate Nostræ, et aliis superius expressis nullibi apparet, nec alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu proprio concesso, vel impetrato, vel emanato uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas præsentibus sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, et Sedem apostolicam etiam motu proprio, certa scientia, et apostolicæ potestatis plenitudine etiam consistorialiter, et ex quibuslibet causis, et sub quibusvis verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, et concessis, ac faciendis, et concedendis comprehendendi, sed tanquam ad majus bonum tendentes semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas fore, et esse.

§. 6. Sicque, et non aliter in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari et deficiere debere ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliis-

Declaratio concessions.

que apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque; et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MCXVII.

Dat. die
4 augusti
1797
anno XXXIII.

Indulgetur monialibus monasterii s. Catharinæ civitatis Cephaludensis, ut aliquoties in anno egredi valeant e monasterio.

Venerabili fratri
episcopo Cephaludensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem

Ratio concessio-
nis.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ abbatissa, seu priorissa, ac sanctimoniales istius monasterii sanctæ Catharinæ ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis, quod cum monasterium prædictum valde angustum, atque altis ædificiis circumclausum sit, ipsæ pluribus morbis afficiuntur, ac præsertim illarum plurimæ lenta tabe perimuntur, quod cum physici aeris crassi, et gravis, quo illæ utuntur, vitio vertant, adeo ut adhuc in vivis agente prædecessore tuo, semel, ac iterum ab eo emigrato, Bull. Rom. Tom. X. F. 54.

verint, ut hinc aliquod remedium ejusmodi incommodo adhibeatur, e monasterio prædicto pluries in anno egredi posse per Nos sibi concedi summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et singulas illarum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per presentes committimus, ac mandamus, ut quatenus vera sint narrata, ipsis moderatis, et pro tempore existentibus abbatissæ, seu priorissæ, monialibus expresse professis, novitiis, educandis, conversis, et aliis in ejusmodi monasterio degentibus, ut quater in anno ab abatissa, seu priorissa ejusdem monasterii pariter pro tempore existenti pro opportunitate designandum, ab ortu, usque ad occasum solis a dicto monasterio egredi, et aliquas ecclesias extra istam civitatem Cephaludensem erectas adire, ac visitare possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas.

Tenor concessio-
nis.

§. 3. Verum, ut hæc omnia rite, et ordine, et juxta cor Nostrum fiant, eidem fraternitati tuæ districtè mandamus, ut facultatem, et licentiam prædictam non aliter exercere sinas, quam, ut infra præscribimus, nempe ut die per abatissam, seu priorissam prædictam, ut præfertur, designanda, et a te prius approbanda, non nisi post ortum solis a dicto monasterio ab ordinario confessario, et a duobus illius deputatis, quatenus illi existant, associatæ egredientur, et recto tramite ad constitutas ecclesias extra civitatem, nisi aliquod monasterium clausuræ ejusdem civitatis obtenta prius a te licentia, ad præmissum effectum minime denegandam ingrediantur, modeste, ac velum etiam ante faciem dimissum deferentes petant, refectorem vero corporalem in aliquo commodiori loco, vel extra, vel intra portas dictæ civitatis sumere possint, ita tamen ut curata per ministros dicti monasterii, aut alios quoscumque refectio, seu prandio hujusmodi, statim hi e loco assignato exe-

Conditiones
aduexu.

aut, et clausis januis villæ, seu domus, in quo ipsæ moniales, aliæque personæ prædictæ fuerint, et clavi per confessorium caute servanda in villa, seu domo prædicta, nullus omnino masculus, neque ipse confessorius, aut deputati, minusque agricolæ, aut domas, vel villæ custos, neque feminae quæcumque etiam servitio dicti monasterii adscriptæ, illique inservientes cujusvis status, gradus, conditionis, ac dignitatis, nec non monialium, et educandarum, ac conversarum consanguineæ existentes, sub excommunicationis latæ sententiæ ipso facto etiam per abatissam, seu priorissam, ac moniales, et alias prædictas, si ad id aliquo modo, et pacto consenserint, incurrenda, ac privationis præsentis gratiæ remaneant, in eadem villa, aut domo, sic, ut præfertur, clausa, commorari, comedere aliæque religiosæ relaxationis agere possint, dummodo hora competenti, et ante occasum solis intra dicti monasterii clausuram reperiantur. Postquam autem omnia, ut præfertur præscripta, et ordinata, ac alia pro arbitrio, et prudentia tua præscribenda, et ordinanda probaveris, pro prima vice rite, pie, ac sine religiosæ regularis disciplinæ detrimento, et sine populi offensione processisse, ita in posterum servanda cures, atque præcipias.

Clausula sub-
lata et decre-
tato irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quândocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti monasterii, et ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de

verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

M CXVIII.

Dat. die
8 augusti
1797
anno XX...

Confirmantur tria capitula nuper addita statutis universitatis Figulorum almæ urbis alias confirmatis ab apostolica Sede.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii universitas Figulorum, atque administratores societatis sub titulo sanctissimi Sacramenti in ecclesia sanctæ Cecilie trans Tyberim almæ Nostræ Urbis canonice, ut asseritur, erectæ, quod nuper approbantibus venerabili fratre Nostro Henrico Sanctæ Romanæ Ecclesiæ episcopo cardinali Tuscolano duce Eboracensi nuncupato apud Nos, et hanc sanctam Sedem ejusdem universitatis protectore, ac dilecto filio magistro Francisco Mantica illius primicerio, quod suis statutis alias per Nostras in simili forma Brevis sub die vicesima quarta martii anni millesimi septingentesimi septuagesimi septimi expeditas literas approbatis, et confirmatis tria capitula superaddere e re sua putarunt tenoris, qui sequitur.

Exposito pre-
cum.

CAP. XXV.

§. 2. Che i padroni majolicari debino pagare la loro tassa per ogni cotta di fornace a ragione di bajocchi dieci, come i vascellari di rosso, e nell' apertura di qualche fornace di majolica scudi venticinque, come è soggetto qualunque padrone vascellajo, accordando soltanto a quei, che presentemente si trovano nelle fornaci di majolica la patente gratis, che possa servir solamente per la loro persona, ed accordandogli ancora il guardianato, ed altri onori, che sogliono godere i nostri aggregati: i garzoni poi ma-

Tenor capitulorum statutis noviter super additorum.

jolicari debbino pagare bajocchi due, e mezzo la settimana, come pagano i garzoni vascellari, come si prescrive nel capitolo xxiii. e nei precedenti capitoli.

CAP. XXVI.

Che tutti gli orzaroli di Roma volendo vendere la robba de' vascellari debbino pagare bajocchi due la settimana, e per simil ragione tutti i spacci tanto di robba de' vascellari, quanto di robba de' majolicari debbano pagare alla chiesa un paolo il mese.

CAP. XXVII.

Che i bagarini volendo andare vendendo per Roma la robba tanto dei vascellari, che dei majolicari debbino pagare tre paoli il mese, e prendere una piccola patente dell' università, senza la quale non gli sia permesso vendere simile robba, ed in caso di morosità possa la chiesa servirsi tanto contra dei majolicari, orzaroli, spacci, quanto contra dei bagarini della stessa mano regia, che si serve per i vascellari.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo tria quoque præinserta superaddita capitula firmitus subsistant, ac servantur exactius memorati exponentes apostolicæ firmitatis patrocinio communi summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, de ejusdem Henrici cardinalis episcopi protectoris consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, superaddita tria præinserta capitula auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentem litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit

Bull. Rom. Tom. X. F. 54.

in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ universitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava augusti millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostro anno vicesimo tertio.

Derogatio contrariorum.

Confirmantur dicta capitula, ut partem statutorum constituent.

Clausula sublata et decretum irritans.

